g.26.col.1. ver.23. in illa prima persona sing.num. debet locari punctũ suprà, sic ܐܦܩܢܝܠ.

Pag.29.col.1.ver.25. scribe, reperi.

Pag.42.col 1.ver.27.post illud, Et defeci. adde hæc : Nisi scribenda sit, vt puto, vocalis 2. sub prima litera Tau, hoc modo ܠܘܠ, vt sit, Dubitaui, hæsitaui, in Cal, à verbo perfecto ܠܘܠ.

Pag.43.col.1. ver. 7. post illa verba, bilem mouit, omissa est Præpositio, ab. Itaque scribendum, bilem mouit: ab ܣܘܓ Contendit.

Pag.ead col.2.℣.5.scribatur ܡܠܘܡܢܘ &c. nam omissa est vocalis sub Mim.

Pag.45.col.1.ver.9. post illud verbũ, assumitur, debet expungi punctũ interpunctationis.

Pag.48. col.1.ver.35. deleantur illa verba, quiescente in vocali tertia.

Pag.49. col. 2. ver. 26. deleatur illud nomen ܡܠܟܝܐ.

Pagina 52. col.2. versu 37. post illa verba ܚܦܐ ܕܒܨܪ, adde hæc, Sed potest nomen ܒܨܪ hîc accipi vt casu sexto positum, hoc tensu : Saturauit eos melle ex petra.

Pag.53.col.2.ver.15. cùm hîc bis scriptum est ܡܠܟܐ Reges mei, debet vtrobique addi, com. aut saltem litera, c. vt intelligat lector, eũ casum esse com.gen.

Pag.56.col.2.℣.10. Et rursus ver.12 ducatur lineola sub litera Olaph pronominis primæ personæ, sic ܐܢܐ.

Pag.58. col.1. ver.14. ducatur similiter linea sub Olaph, in verbo ܐܡܪܢܐ.

Pag.59. col.1. ver.6. scribe, reperi.

FINIS.

IN GRAMMATICA SYRICA EMENDANDA.

Pagina 4. versu 5. scribendum est vnica dictione, insequentibus.

Pag.9. col.2. vers. 23. scribe, habet litera Tau in vert-

Pag.10. col.2. ver.8. apponatur punctum sub litera Vau, in verbo ܡܘܡܐ.

Et rursus versu 10. supra literam Vau in verbo ܡܘܡܐ.

Eadem pag. & col.ver.33. scribendum est ܟܡܘܢܐ, per literam Nun, penultimo loco.

Pag.11.col.1.ver.25.& 26. in illis exemplis num. pluralis punctum literæ Risch, debebat alterius puncti locũ supplere. nõ autẽ tria pũcta scribi, sicut rectè factũ est in vocabulo ܐܘܠ.

Pag.12.col.2.ver. 1. in verbo ܟܡܦܩܢ desideratur punctũ posterioris Dolath.

Pag.13. col.1. ver.4. scribe ܟܡܗܝܢ per literã Risch penult.loco.

Pag.18. col.1.ver.36.scribe ܡܚܦܝܢ posita scilicet vocali quarta supra Kuph, non autem supra Iud.

Similiter versu 37. scribe ܡܚܦܝ & vers. 38. ܡܚܦܝ. & versu extremo ܡܚܦܝ. in his enim omnibus vocalis illa quarta pertinet ad literã Kuph.

Pag. 19. col.1. vers. 34. post illud verbum ܡܚܦܝ, addatur : vel cũ Nun ܡܚܦܢ.

Pag.21.col.1.ver.28.scribe, prima syllaba.

Pag. eadem, col.2 .ver. 37. post illa verba Matth. x x v 1. addantur ista : Et interdum vtuntur loco Aduerbij. vt Ps. 123. ܚܝܐ ܟܕ ܒܠܥܝܢ. hoc est, Viuè, vt sic dicam, deuorassent nos.

tui, Aria doctissime: non sanè vt volui: sed vt angusti temporis fines, quos tu, & librarius Plantinus; huic meæ commentationi circumdedistis, me coëgerunt; cùm essem interim multis aliis rebus necessariis occupatissimus. At enim esto; nõ queam afferre plura, etiam si cupiam maximè; & tempore, ocioq. abundem. Hoc enim ridentes dicent fortassis hîc aliqui, ingrati in me homines. At certè hæc ipsa, quantulacumq. sunt, & tractassem accuratius, & disposuissem aptius, & dixissem explicatius, meliusq., nisi fallor; certè limassem politius, si temporis plus habuissem. Nunc verò, quando hosce labores meos; sanè mihi molestissimos; quos in huius puerilis doctrinæ tractatione sustinui; nulla gloria compensabit; atque vtinam etiam non inuidiæ obtrectatione lacerentur, vel ab iis quibus erũt fructuosi; si abs te, mi Aria, cuius flagitatione eos suscepi, non quidem magna laude; quam non ambio; sed grato animo dignabuntur; satis magnum præmium fructumq. illorum cepisse me existimabo. Vale. Zeuenera Nonis Martiis, Anno Domini cIↃ. IↃ. LXX.

FINIS.

DE INTERIECTIONE.

INTERIECTIONVM porrò apud omnes nationes incerta ratio est. vt quæ ipsis exprimuntur affectionibus; non autem cõsultò instituuntur. Ceterùm apud Syros huiusmodi ferè repperi commoti animi voces, ܐܘܝ ܐܘܝ. Geminatur enim, vt apud Hebræos הָאַח הָאַח, cuius loco à Syris vsurpatur, Psalm. XXXV. & Psal. XL. Et ܘܝ, væ. quæ comminantis vox est. ܐܘܐ Euge, quæ congratulantis, vt Græcorum ἰώ; cuius imitatione facta est. Præterea, ܐܘ obsecro, ô, deprecantis, sicut apud Hebræos אָנָּה, pro quo positum est Psal. CXV. & alibi. Et Vah, Marc. XV. & ὦ exclamantis, Matth. XVII. Ad hæc, ܐܘ deprecantis, Psal. XV. & CXVI. Est enim Græcorum ὦ. Et ܐܘܝܠܝ væ mihi: dolentis, Psal. CXIX. Deniq. ܘܝ, væ, Luc. XI. Matth. XI. Existimo autem multas insuper alias legendo colligi posse. Sed hæ, quas modò proposui, satis opinor declarant, qualis hæc postrema orationis pars sit. Igitur de Interiectione quoq. hactenus: de qua cùm vltimo loco dicere proposuerimus, finem hîc istorum rudimentorum faciemus. Edidi autem quæ po-

SACRARVM literarum studiosis non mediocrem adferet vtilitatem istius Syricæ Grammatices editio atque lectio. ita censemus. postridie Calendas Augusti, 1570.

Augustinus Hunnæus.
Cornelius Reyneri Goudanus.

quod est Græcorum ἐάν. Rursus partim ab Hebræis mutuati sunt; partim à Græcis, אף quamuis, etiamsi, גם כי. Est enim compositum ex Hebræorum אף, & Græcorum ἤν. Totum autem ab Hebræis acceptũ est, אף neque. Hæ verò, מלבד, hoc est, ἄρα, ὥστε, igitur, itaq. אם, si fortè. או aut: אלא si: אלא nisi, & huiusmodi plures aliæ, aut ipsorũ Syrorum propriæ sunt coniunctiones, aut eis cum Chaldæis communes: quas lectione sibi congerere quiuis facilè poterit.

Quare de his quoq. iam satis.

De Præpositione.

Præpositionibvs Syri sæpè pronomina, cum quibus alioqui construendæ essent, affigunt, & multis quidẽ more nominũ numeri singularis: vt עמי cum, עמך mecum, עמך tecum, עמהון cum illis, &c. לוי ad, לי ad me. לה ad eũ, בתר post. בתרה post eã, בתרך post te, בתרהון post illos, &c. מן à, ab, ex, cũ apiculo sub litera Mim scripto. Dicimus enim מנכון à vobis, מנהון ab illis, מנך abs te, &c. Sic לקדמי לקדמך coram te, coram me, coram vobis, &c. Sed מלות assumit cum affixis literã Tau. Dicũt enim Syri מלתכון propter vos, מלתי ppter me, מלתן propter nos, &c. Nonnullis etiam ea forma annectuntur pronomina, qua nominibus masculinis solent in numero plurali. vt תחות sub, תחותי sub me, תחותך sub te, תחותהון sub ipsis. & ita cum aliis pronominibus, mutato Iud, quod alioqui habet, in Vau. Et rursus קדם ante, coram, קדמוהי coram eo, קדמך coram te, קדמהון corã ipsis. Et בעד pro, בעדן pro nobis, בעדהון pro eo, &c. בלא absq. בלחדי absq. te, בלהון absque ea, בלנן absque nobis. על super, עלי super me, עלוהי super ipsam, &c. & huiusce modi aliæ præpositiones. Fiunt etiam quædam compositione aliarum dictionũ. vt לתחות abs, לאחור retro, לעל supra, לקדם coram. quasi dicas, ad oculum, siue in conspectu. לבר מן præter. Sed iam satis multas recensuimus. Non enim scribimus Lexicon.

De

à רבא magnus, רבא magnificè: à דכא purus, דכא & דכא purè. Et huiusmodi sexcenta. Quin à nominibus substantiuis quoq. similiter illa formant. quale est בשרא Ioan. VIII. ac si dicã, corporaliter, hoc est κατὰ τὴν σάρκα, vt est in Græco. Sunt etiam quædam nomina adiectiua, quæ ipsa pro Aduerbiis vsurpantur. vt שגי multũ. שפר bene, aptè, יתר amplius. in quo vocabulo litera Tau semper habet Kusoi, in emendatis libris, vt geminetur. planè vt apud Hebræos, in eodem habet dagges. Repperi etiam τὸ, אחרית, tamquam aduerbium vsurpatũ, pro ὕστερον, tandem: quod est Benoni numeri singularis; genere feminino posito pro neutro; quo carent Syri; vt Hebræi. Nam, vt alibi dixi, litera Olaph in ea positione velanda est; atq. ideo nulla vocali animanda. Multis quoq. aduerbiis pronomina affiguntur. vt אנה nõ ipse. אחתי sicut tu. אחתי sicut ille, &c. Multa etiam fiunt aliarum dictionũ compositione. vt מן קדם idcirco. תדיר semper. לזמן interdum. מן כדון subitò. מן קדם olim. מן הכא vnde. מן כען deinceps, post hac, mox, iam nunc, dehinc, &c. Et tantum de Aduerbiis.

De Coniunctionibvs.

Coniunctiones Syri partim ab Hebræis, alias à Græcis sumpserunt. Recensebo autẽ vsitatiores aliquot; de quibus æstimare ceteras, facile cuiuis erit. In primis litera Vau nusquam non occurrit pro copula, vt apud Hebræos. Sed Syri per eam non mutant verborum tempora: quod Hebræi sæpè faciunt. Legitur autem, vt antè me dicere memini, ea voce qua Germani pronunciant geminatũ, v. Deinde כי, quod planè est Græcorum γὰρ: quamquam Syris interdum nõ causalis particula est; vt sic loquar; sed aduersatiua, aliquando etiam continuans narrationis seriem. Præterea דן, quod est Græcorum δὲ. Et מן, posito apiculo supra Mim; ne præpositio videatur esse, quod est eorundem μὲν. Deniq. ל quod Græci dicunt ἤν. Componitur autem hoc cum pronomine הו, hoc modo, הלין

Plurali.

ܐܢܘܢ . ܐܢܝܢ	Nominatiuus.
ܕܝܠܗܘܢ . ܕܝܠܗܝܢ	Genitiuus.
ܠܗܘܢ . ܠܗܝܢ	Dati. & acc.
ܡܢܗܘܢ . ܡܢܗܝܢ	Ablatiuus.

Casus Pronom. tertiæ personæ.

Illa. Ille.

ܗܢܘ . ܗܢܝ	Nominatiuus.
ܕܝܠܗ . ܕܝܠܗ	Genitiuus.
ܠܗ . ܠܗ	Dat. & acc.
ܡܢܗ . ܡܢܗ	Ablatiuus.

Plurali.

ܗܢܘܢ . ܗܢܝܢ	Nominatiuus.
ܕܝܠܗܘܢ . ܕܝܠܗܝܢ	Genitiuus.
ܠܗܘܢ . ܠܗܝܢ	Dati. & accuſ.
ܐܢܘܢ . ܐܢܝܢ	Accuſatiuus.
ܡܢܗܘܢ . ܡܢܗܝܢ	Ablatiuus.

In Pronomine tertiæ perſonæ pluralis numeri propoſui duplicem accuſandi caſum. Quamuis enim Syri litera Lomad vtantur iuxta, pro dandi, & accuſandi caſus nota; vt in eius officiis dixi; tamen in hoc pronomine non rarò pro ܠܗܘܢ, & ܠܗܝܢ, in illo caſu, dicunt ܐܢܘܢ, & ܐܢܝܢ vt Rom. VIII. ܡܢ ܕܝܕܥܘܢ ܩܕܡ ܐܢܘܢ ܘܩܒܥ ܐܢܘܢ. Præſciuit eos, & præfiniuit eos. Paullo pòſt verò rurſus vtitur altera accuſatiui forma; inquiens, ܗܢܐ ܠܗܘܢ vocauit eos. Sed alia quæ ad tertiam perſonam pertinent Pronomina, multa ſanè, & varia, vt dixi; ea quiſq. per ſe facilè obſeruarit. Et eorum notionem ex Dictionariis petiuerit. Quare de Pronomine quoq. hactenus.

De Adverbio.

Sed neque Aduerbia enumerare conabimur. Habent enim Syri, vt aliæ gentes, plurima. Vix enim vllum eſt nomen adiectiuum, de quo non facilè deducãt Aduerbium, hac forma; quam obſeruare eſt operæprecium. Adiiciunt enim ad ipſum nomen ſyllabam ܐܝܬ. & poſtremæ nominis literæ plerumque attribuunt vocalem quartam; niſi è quieſcentium numero ſit. Sic à ܒܛܝܠܐ inanis, formant ܒܛܝܠܐܝܬ inaniter. à ܕܘܟܬܐ & in ipſo gaudebit cor noſtrum. & Pſal. LVI. ܒܟ ܐܒܛܚ ܐܢܐ In te confido ego. & Pſ. LVII. ܒܟ ܐܬܚܐ ܢܦܫܝ In te ſpem habet anima mea. Et Pſal. LXI. ܠܟ ܐܩܪܐ ܐܢܐ Te ego inuoco. Sed exẽplorum ſatis eſt. Poſſet quidem fortaſſis hoc Pronomen explicãdæ affectionis gratia in illiuſmodi orationibus poſitũ videri; ſicut Dauus ad Pamphilum dicebat, quem toto animo cupiebat alloqui, Te ipſum quæro. Sed quid illo facias, quod apud Matthæum ſexto capite ſcriptũ eſt? ܟܠܗܢ ܓܢܘܬܐ ܡܒܥܝܢ ܠܡܕܥ ܟܠ ܕܡܢ ܕܥܠܡܐ. Omnia enim iſta gentes mũdi quærũt. & illo, quod apud Ioan. eſt cap. VIII. ܐܢܐ ܡܡܠܠ ܐܢܐ ܠܘܬ ܥܠܡܐ Ea loquor ego in mundo. Et ſunt huiuſmodi multa. Deniq. hoc pronomen ܗܘ, nõ rarò cũ aliis componitur dictionibus. vt ܗܘܐ is ipſe: ex ܐܝܬ & ܗܘ. Item ܐܝܢܘ quis ille: ex ܐܝܬ & ܗܘ. Similiter ܡܢܘ, ex ܡܢ & ܗܘ. Et, vt finiam, ܗܘܗܝ ipſe eſt, ex geminato ܗܝ; quod poſteriore loco eſt tamquam ῥῆμα ὑπαρκτικόν. Nam hoc vniuersè de iſtis pronominibus; ſiue primæ perſonæ, ſiue ſecundæ, aut tertiæ ſint propria, dici poteſt; ipſa ſæpè vſurpari loco verbi ſubſtantiui. vt Mat. XI. ܐܢܬ ܗܘ ܐܝܢܘ Tu es ille? Sed nihil opus eſt plura adiũgere exempla, cùm ſatis multa vbiq. occurrant. Nota.

De pronominvm casibvs.

Cetervm quãdo ad alios caſus ſunt accõmodanda Pronomina; tũ affixa pronomina fiunt, literiſq. ſeruilibus hærent. Subiiciam igitur ipſorũ caſus in tabula.

Caſus Pronominis primæ perſonæ.

Plurale.		Ego com.	
ܚܢܢ	Nominatiuus.	ܐܢܐ	Nominatiuus.
ܕܝܠܢ	Genitiuus.	ܕܝܠܝ	Genitiuus.
ܠܢ	Dati. & accuſ.	ܠܝ	Datiuus & ac.
ܡܢܢ	Ablatiuus.	ܡܢܝ	Ablatiuus.

Caſus Pronom. ſecundæ perſonæ.

fem.	Tv maſ.	
ܐܢܬ	ܐܢܬ	Nominatiuus.
ܕܝܠܟ	ܕܝܠܟ	Genitiuus.
ܠܟ	ܠܟ	Datiuus & ac.
ܡܢܟ	ܡܢܟ	Ablatiuus.

ferè præsentis temporis verbum repræsentat; dimidiatum legitur: solaque posterior auditur syllaba. Quod propter eius primum Olaph, in optimis atq. accuratissimè scriptis libris solet subducta virgula notari; quam ܐܠܦܐ ܡܫܚܐ vocari; atque pronunciationis gratia adhiberi à Syris dicebamus; cùm puncta tractaremus. Igitur quòd Syri scribuut ܩܪܝܢܐ ܐܢܐ legens ego, hoc est, lego: sic pronunciant, vt planè, Koreno, audias. Et ܠܚܝܠܢܐ ܐܢܐ fisus ego, sonat Syris, Techilno. & vt virgula illa apposita non sit; vt sanè à paucissimis librariis apponitur; tamen in illiusmodi orationibus numquam prius Olaph vllam habet adscriptam vocalem: quippe quia eius tum nulla vox est.

De pronomine ܐܢܬ. Porrò secundæ personæ Pronomen ܐܢܬ ܐܢܬ: in vtrouis genere, numeroq., dicitur sic, vt litera Nun prorsus nihil sonet: sed Tau geminata audiatur. Atque ideo in emendatis libris, perpetuò est Kusoi, hoc est apiculus duritatis, in vertice Tau. Cùm enim Syri ܐܢܬ dicũt, audis אתּ; cùm ܐܢܬܘܢ, audis אתּון. Denique in Pronominibus illis tertiæ personæ, ܗܘ & ܗܝ, hoc animaduertendum est, ipsa, cùm in aliqua verborum complexione vltimo loco, præsertim, tamquam pro verbo substantiuo; vt vocant; posita sunt; sic pronunciari à Syris, vt ipsorum vocalis videatur extremitati dictionis præcedentis; quasi litera He nulla sit; hærere. Quin à multis librariis, ipsa etiam scriptura illuc transferri vocalis ipsorum solet. vnde Psalmo xxv. scriptum est, ܛܒܐ bonus est. Nimirum, quia Tobu, non Tob hu legunt Syri. Et Psalmo CIII. ܥܠܡܐ ܗܘ, à sæculo ipsa, pro, est. Dicunt enim Syri, Men olami, non Olam hi. Vnde id quoque efficitur, vt præcedens nomen, quod alioqui quinta vocali terminaretur, sumat sibi vltimo loco insequentis pronominis vocalem. vt verbi gratia, ܡܪܝܐ dominus est. ܥܡܐ, populus est, Psalmo xcv. & ܛܠܝܐ, infans, siue puerulus est, Hebræorum v. Pro ܡܪܝܐ. ܥܡܐ. Leguntur autẽ illa, Moriau, Amau, Saurau. Insuper hoc pronomẽ ܗܘ nõ rarò superuacaneũ esse in orationibus videtur, vt Ps. xxxiii. ܛܒܝܢ ܗܘ ܕܒܛܚ & in

De pronominibus ܗܘ & ܗܝ

partibus. vnde affixa vocari à Grammaticis solent: quæ qualia sint, & quomodo hæreant Verbis Nominibusque, iam ostendimus. Alia per se in orationibus collocantur, sicut Græcorũ, Latinorumq. pronomina. & horum quædam ad primam personam, quædam ad secundam, alia ad tertiam pertinent. Primæ personæ Pronomen est ܐܢܐ ego, in vtroque genere, numero autem singulari. cuius plurale est ܢܚܢܢ nos. Secundam verò personam in masculino quidem genere repræsentat ܐܢܬ tu vir. In feminino verò ܐܢܬܝ tu femina. Quorum illud habet pluralem numerum, ܐܢܬܘܢ vos viri. hoc ܐܢܬܝܢ vos feminæ. Porrò tertiæ personæ pronomina multa sunt, & varia, in vtroq. genere, & numero. Sed ego ea non adnumerabo, ne Dictionarium scribere videar. Sunt autem simplicissima, vsitatissimaq. ܗܘ, in masculino genere. & ܗܝ, in feminino. quorum quodque bifariam pronunciatur. Illud enim si apiculum suprà appositum habet, legitur per primam vocalem ܗܘ: significatque quod Latinis, Ille; & habet ferè post se literam Dolath, quæ sit relationis nota. At si punctum subtèr positum est: dicitur per quintam vocalem ܗܘ. Estque idem quod Latinorum, Ipse. Sed extat vtriusque luculentum exemplum Ioannis quarto capite: vbi mulier Samaritana cum Christo disceptans ait: Num tu maior es patre nostro Iacobo, ܗܘ ܕܝܗܒ ܠܢ ܐܝܟܢܐ illo qui ipse dedit nobis puteum istum? Rursus femininum ܗܝ, si supra He est apex, legitur per quartam vocalem, ܗܝ. estque ac si dicas Latinè, Illa. & plerumque sequitur relatio; vt de masculino dicebam. at si sub He appositum est punctum, effertur per vocalem tertiam ܗܝ, & significat quod Latinis Ipsa. Illorum pluralia sunt ܗܢܘܢ illi, ܗܢܝܢ illæ. Horũ verò ܗܢܘܢ & ܗܢܝܢ, ipsi, & ipsæ; puncto subtèr posito. Pro quibus sæpè vsurpãtur ܐܢܘܢ & ܐܢܝܢ, ipsi, ipsæ, præsertim casu accusatiuo. Sed vt quædam adiungam, quæ in istis pronominibus singulariter obseruanda esse videntur; illud primæ personæ proprium, ܐܢܐ, quoties proximè sequitur post participium; cum quo

Pronomen primæ personæ.

Secundæ personæ.

Tertiæ personæ.

De pronomine ܐܢܐ

Nomen, ܐܒܐ cum affixis, numero singulari, masculinis.

ܐܒܐ Pater.

ܐܒܝ Pater meus, com.

ܐܒܟ tuus, viri. m.

ܐܒܗ illius, viri. m.

ܐܒܢ noster, commun.

ܐܒܟܘܢ vester, virorum. m.

ܐܒܗܘܢ illorum, masc.

Nomen, ܐܒܐ cum affixis, numero singulari, femininis.

ܐܒܝ Pater meus, com.

ܐܒܟ tuus, feminæ.

ܐܒܗ illius, fem.

ܐܒܢ noster. com.

ܐܒܟܝ vester. fem.

ܐܒܗܝ illarum, fem.

PORRÒ numero plurali assumit loco tertio, literã He: variaturq. prorsus more nominum masculinorum cum pronominibus affixis. Dicimus enim numero plurium, ܐܒܘܬܐ Patres, 1. Corinth. 1 v. vnde fit, ܐܒܘܗܝ patres mei, ܐܒܘܗܝ patres tui. atque ita deinceps, vt suprà in nomine ܡܠܟܐ Reges, vidimus. Sed cùm ἐμφατικῶς Patres significare volunt Syri, etiam interdum affixis pronominibus, tum ferè vtuntur numero plurali forma femininorum nominũ. Dicuntq. ܐܒܗܬܐ Patres, Rom. 1 x. & alibi sæpè. & cum affixo, ܐܒܗܬܢ patres nostri, Act. x v. Ceterùm nomen, ܐܚܐ, frater, numero certè singulari; prorsus eodem modo cum affixis pronominib⁹ variatur, quo ܐܒܐ; dicimus enim ܐܚܝ frater meus. ܐܚܟ frater tuus, ܐܚܗ frater illius, &c. Verũ numero plurali hoc literã He non asciscit sibi; sed simpliciter more masculinorum nominum inflectitur, ܐܚܘܗܝ fratres mei, ܐܚܘܟ, tui, ܐܚܘܗ, illius, ܐܚܘܢ nostri. Et de Nomine hactenus, vt in rudimentis, breuiter dictum sit.

DE PRONOMINE.

PRONOMINA à Syris vocãtur hac verborũ cõplexione, ܐܢܘܢ ܕܫܡܬܐ Ea autem partim affigũtur aliis orationis mina, tamquam eius numeri proprium insigne, vbique retinent: præterquam cùm ipsis affigitur pronomen masculinũ tertiæ personę. Hoc enim, vt diximus, cõ- Nota.
uertit Iud in Vau. Feminina verò nusquam, in eo numero, illiusmodi Iud habent, nisi id quod est pronomen primæ personæ. Ceteroqui enim in his non aliter plurali numero, quàm singulari affiguntur pronomina. Vnde hoc quoque efficitur: ea nomina quorum pluralis numerus solis apicibus duobus à singulari diuersus est; ne affixis quidem pronominibus aliter discerni posse; si pronomen primæ personæ singularis numeri excipias. hoc enim cùm hæret nomini sin- Nota.
gularis numeri, effertur per tertiam vocalem. At quando pluralis numeri nomini apponitur, per primam: quamquam Syri rarò soleant vocalem huius personæ exprimere. Igitur nomen ܩܛܘܠܐ carmen; prorsus nihil mutatur ascitis pronominibus, siue in singulari positum sit numero, siue in plurali; nisi quòd carmẽ meum dicatur ܩܛܘܠܝ. at carmina mea, ܩܛܘܠܝ. Neque verò aliter etiam atq. propositum exemplum ostendit, recipiunt affixa pronomina illæ femininorum nominum terminationes, quæ per literam Nun, & vocalem quartam fiunt. Vt enim in constructione mutatur Nun, in Tau, ita & ascitis pronominibus quoque. Similiter enim à ܡܕܝܢܬ, atq. à ܡܕܝܢܬܐ dicis, ܡܕܝܢܬܟ ciuitates tuæ. Sed ista cognitionem habent facillimam; præsertim si quis in Hebraicis literis est versatus. At enim sunt duo in primis vsitata nomina, Patris, & Fratris videlicet, hoc est, ܐܒܐ & ܐܚܐ, quæ suo quodam peculiari modo sibi pronomina asciscunt, mutata litera Olaph, in Vau quiescentem, cum plerisque omnibus; præter illud quod est primæ personæ, numeri verò singularis. Annectuntur enim à Syris Pronomina Patris vocabulo ad hunc modum, vt in tabula exhibeam.

Affixa masculina cum nomine feminino sing. numeri.

ܡܕܝܢܬܐ ciuitas.

ܡܕܝܢܬܝ ciuitas mea, com.
ܡܕܝܢܬܟ tua, viri.
ܡܕܝܢܬܗ illius, viri.
ܡܕܝܢܬܢ nostra, commun.
ܡܕܝܢܬܟܘܢ vestra, mas.
ܡܕܝܢܬܗܘܢ illorum, mas.

Affixa masculina, cum nomine feminino, pluralis numeri.

ܡܕܝܢܬܐ ciuitates.

ܡܕܝܢܬܝ ciuitates meæ, c.
ܡܕܝܢܬܟ tuæ, maris.
ܡܕܝܢܬܗ illius, m.
ܡܕܝܢܬܢ nostræ, commun.
ܡܕܝܢܬܟܘܢ vestræ, mas.
ܡܕܝܢܬܗܘܢ illorum. m.

Affixa feminina cum nomine feminino numero singulari.

ܡܕܝܢܬܐ ciuitas.

ܡܕܝܢܬܝ ciuitas mea, com.
ܡܕܝܢܬܟ tua, feminæ.
ܡܕܝܢܬܗ illius, fem.
ܡܕܝܢܬܢ nostra, com.
ܡܕܝܢܬܟܝ vestra, fem.
ܡܕܝܢܬܗܝ illarum, fem.

Affixa feminina cum nomine feminino pluralis numeri.

ܡܕܝܢܬܐ ciuitates.

ܡܕܝܢܬܝ meæ, commun.
ܡܕܝܢܬܟ tuæ, fem.
ܡܕܝܢܬܗ illius, fem.
ܡܕܝܢܬܢ nostræ, comm.
ܡܕܝܢܬܟܝ vestræ, fem.
ܡܕܝܢܬܗܝ illarum, fem.

VIDES eandem propè teneri rationẽ annectendorum Pronominum in femininis nominum formis, atq. in masculinis. Neque enim ferè vlla est differentia, nisi numero plurali ea, quæ ex Iud nascitur: quam literam masculina illic nomina, numeri pluralis, formæ huius masculinæ, hoc est, quæ in constructione terminãtur litera Iud cum vocali prima, tum in vtroque genere eam vocalem primam ante se retinet: & est perpetuò durum, propterea quòd præcedens Iud cõsonans sit.

QVARTÒ, literam He, cùm nullum in vertice punctum habet, esse pronomen tertiæ personæ masculinum, in vtrouis Nominum numero. Cùm verò apiculũ sustinet, esse femininum: & illo quidem modo habere ante se vocalem secundam: hoc quartam, si affixum est nomini singularis numeri. At si hæret nomini plurali, tum habere post se adscriptum Iud in genere masculino, sed absque vlla vocali. (neque enim hoc casu vel He, vel Iud pronunciatur: vt satis multis exposuimus, cùm de seruili syllaba, ܗܘܢ, dissereremus.) 4.

QVINTÒ, literam Nun, esse primæ personæ pluralis numeri Pronomen; generis verò communis; quod siue nominibus numeri singularis, siue pluralis affixum est, habet ante se vocalem primam. 5.

SEXTÒ, ܟܘܢ & ܟܝ esse pronomina personæ secundæ pluralis numeri, illud masculini, hoc feminini generis, atque vtriusuis numeri nominibus affigi. & similiter ܗܘܢ & ܗܝ, tertiæ personæ: illisque apud Hebræos, הֶם & הֵן, similia esse. his הֵם & הֵן. 6.

DENIQVE in numero nominũ plurali, literam Iud, quæ huius formæ masculinæ nomina, in constructionis casu, vt diximus, terminat; retineri cum quibusuis pronominibus: atque perpetuò habere ante se vocalem suam primam, exceptis iis quæ sunt tertiæ personæ, vtriusque generis. In his enim, masculino quidem, mutatur Iud in Vau; feminino verò, manet quidem Iud, sed habet ante se vocalem secundam, non primam. 7.

Et hactenus de modo quo pronomina affiguntur nominibus iis, quæ masculina forma variantur. Nunc subiiciemus alterum exemplum, in nomine, quod inflectitur forma feminina, ܡܕܝܢܬܐ ciuitas.

Affixa feminina, ad nomen masc. numero sing.	Affixa masculina, ad nomen masc. num. sing.
	Rex.
ܡܠܟܬܝ rex me°.c.	ܡܠܟܝ rex meus. com.
ܡܠܟܬܟ tuus.fem.	ܡܠܟܟ tuus.m.
ܡܠܟܬܗ illius. fe.	ܡܠܟܗ illius.m.
ܡܠܟܬܢ noster.cõ.	ܡܠܟܢ noster.c.
ܡܠܟܬܟܢ vester.fe.	ܡܠܟܟܘܢ vester. m.
ܡܠܟܬܗܘܢ illarũ.fe.	ܡܠܟܗܘܢ illorũ.m.

Affixa feminin. ad nomen masc. numeri pluralis.	Affixa masc. ad nomen mascul. numeri pluralis.
	Reges.
ܡܠܟܬܝ reges mei	ܡܠܟܝ reges mei
ܡܠܟܬܟ tui, fem.	ܡܠܟܟ tui.mas.
ܡܠܟܬܗ illius, fe.	ܡܠܟܗ illius.mas.
ܡܠܟܬܢ nostri.c.	ܡܠܟܢ nostri.cõ.
ܡܠܟܬܟܢ vestri. fe.	ܡܠܟܟܘܢ vestri.m.
ܡܠܟܬܗܘܢ illarũ. fe.	ܡܠܟܗܘܢ illorũ.m.

IN proposito exemplo hæc ferè sunt obseruanda.

1. PRIMÒ, literam Olaph à fine amitti, cùm Pronomina affiguntur: non tamen continuò sic mutari nominum vocales, vt in constructione mutabantur.

2. SECVNDÒ, literam Iud, cum tertia vocali, esse pronomen primæ personæ, generis communis, in numero singulari nominum: quamquam hîc vocalem istam tertiam Syri rarò soleant apponere dum scribunt: at in plurali cum vocali prima; planè vt apud Hebræos. Nam etiam illi dicũt, מלכי Rex meus. &, מלכי Reges mei.

3. TERTIÒ, literam Coph, esse pronomen secundæ personæ, quod tum singulari, tum plurali numero adhæret: masculini quidem generis, si solum est. feminini verò, cùm assumpsit literam Iud à tergo. Hoc tamen ascitum Iud à Syris nulla solet vocali animari, vt diximus, cùm officia seruilis literæ Iud exponeremus. Habet autem Coph, nominibus singularis numeri adhærens, cùm est masculinũ pronomẽ, quartam vocalem ante se; cùm verò femininum, secundam. estq. vtrouis modo lene. At quando apponitur ad abiecto Olaph, aut Nun, terminãtur syllaba ai, hoc est vocali prima cum sequẽte Iud consonante. Exempla sunt; vt vnum atque alterum adiungam; ܣܦܝܬܐ extremitates cæli, in Psalmis. ܡܒܫܪܢܐ ܫܠܡܐ præcones pacis, Romanorum x. ܛܒܘܬܐ benefici, Luc. XXII. Sed huiusmodi constructio vsitatior est in Participiis, quàm Nominibus, quamquam illa sic in oratione posita, nomina, veriùs, quàm participia, existimari possint. Quæ verò nomina femininorũ speciem tenent, quæ fit per syllabam ܬܐ, in plurali numero, ea illic plerumq. vocales suas omnes retinent: neque aliud, quàm abiiciunt Olaph. Sic à ܒܢܬܐ fit ܒܢܬܝ filiæ Iudæ. Sin terminatio pluralis facta est per literã Nun cũ vocali quarta, mutatur Nun in literam Tau, manente eadem vocali. vt ab ܛܪܝܦ tribulationes, dicis in constructione, ܛܪܦ ܢܦܫܝ tribulationes animæ meæ, &c. Et vt semel finiam, Syri in huiuscemodi mutationibus numquam vocalem tertiam, quartã, aut quintam variant: præterquàm in illa, quam nuper dicebam, metathesi; qua quintam vocalem è priore loco in proximum traiiciunt. Sed prima, & secunda, sunt apud eos, vt exemplis ostendi, instabiles.

DE AFFIXIS PRONOMINIBVS AD NOMINA.

SED enim, vt constructionis gratia, sic propter pronomina quoque affixa ad nominum finem, mutantur ipsorum casus, tam singulari, quàm plurali numero, quod in verbis etiam euenire monebamus. Sed hanc mutationem exemplis in tabula propositis facilius explicabimus. Dabimus igitur duorum nominũ exempla, quorum alterum more masculinorũ, alterum femininorum variatur. Et simul quæ sit cuiusque affixi pronominis notio; & quas quodque amet vocales, breuiter indicabimus. Primum ergo exemplũ proponetur in nomine ܡܠܟܐ, quod masculinum est.

Olaph amittunt, ſolent raptim quidem etiam ipſa efferri prima ſyllaba; ſed per literarum metatheſim. Nam è ܩܕܘܫܐ, fit, abiecto Olaph, ܩܕܘܫ. atque ſimiliter in aliis traiicitur vocalis quinta, quæ in prima audiebatur ſyllaba, in ſyllabam ſecundam. Sed enim quæ per ſe, hoc eſt, abſque Olaph, ſunt monoſyllaba, ea cùm Olaph amittunt, vocalem ſuam ferè retinent. vt ܪܝܫܐ caput, ܪܝܫ ܟܢܘܫܬܐ caput ſynagogæ. At ſi nullam habent in prima ſyllaba vocalem, tum ſi amittunt Olaph, aſſumunt vocalem primam; vt de polyſyllabis diximus. vt ܒܪܐ filius, ܒܪ ܢܘܢ filius Nun. Eſt tamen ſecunda cum affixo Pronomine (vt quæ facilioris & leuioris ſit pronunciationis) Pſalmo xxx. Quæ vtilitas eſt ܕܡܝ in ſanguine meo? Nam quia Syri, vt alibi dixi, pronomen hoc primæ perſonæ non apertè pronunciant, neque ferè ei vocalem apponunt, ideo hîc ܕܡ pro ܕܡܝ ſcriptum eſt. ne ſi litera Dolath raptim legatur, nullam ea dictio vocalem habeat.

Verùm enimuerò quãdo apud Syros admodũ rara eſt huiuſcemodi conſtructio; nihil attinet in hiſce rudimentis iſta tractare ſubtilius curioſiusq́. Eſt enim apud illos vſitatiſſimum interponere literam Dolath. Idq́. cùm fit, nihil mutatur præcedens ſubſtantiuum, ſed poſterius quaſi gignendi caſu ſit poſitum, ita accipitur. Quin repperi, vbi quamuis adſcriptum non eſſet Dolath, tamen ſenſu ipſo orationis addendum erat. quale eſt illud, ܟܐܦܐ ܕܒܫܐ petra mellis, Pſalm. LXXXI. pro ܟܐܦܐ ܕܒܫܐ. Sed priùs quàm ex hoc loco progrediar, monendus mihi lector eſt, eſſe, vt fit, nonnulla anormala nomina: quæ hiſce noſtris legibus ſe minimè habent. Nam ܒܝܬܐ domus, ſic conſtruitur planè, vt apud Hebræos. Dicunt enim Syri, ܒܝܬ ܐܝܬܝܠ domus Iſrael. Et nomen ܡܪܐ Dominus, non abiicit Olaph, ſed pro quarta vocali ſumit ſecundam. vt ܡܪܐ ܕܚܘܒܐ dominus debiti, hoc eſt, creditor. ܡܪܐ ܒܝܬܐ dominus domus, hoc eſt, pater familias, &c.

De conſtructione in numero plurali.

Porrò numero plurium, quæ ad maſculinam formam ſunt facta, plerumque abiecto ſyllabas, ferè non mutant vocalem eius literæ, quæ ante vltimam ſyllabam proxima erat, cùm Olaph reiiciunt. verbi gratia, Nomen ܡܠܟܘܬܐ, conſtruitur cum alio nomine ad hunc modum, ܡܠܟܘܬ ܪܘܚܐ productio animi, ſiue μακροθυμία. vbi abiectum Olaph & nihil præterea mutatum eſt. Et nomen ܥܒܕܐ opus, ſic conſtruitur, ܥܒܕ ܐܝܕܘܗܝ opus manuum eius; vbi rurſus nihil mutatũ eſt, niſi quod Olaph eſt omiſſum. Item nomẽ ܐܬܪܘܬܐ effuſio, ſic: ܐܬܪ ܕܕܡܐ effuſio ſanguinis. Sin autem ea litera vocalem nullam habebat; ſed tamquam ſcheua, vt Hebrei vocant; ſiue mobile, ſiue quieſcens; tum reiecto Olaph, ſolet vltima ſyllaba terminari prima vocali. vt in nomine ܡܕܝܢܬܐ ciuitas, litera Nun, caret vocali. Datur ergo ei in conſtructione vocalis prima. Dicimus enim ܡܕܝܢܬ ܩܕܘܫܐ ciuitas ſanctitatis. Sic nomen ܥܠܡܐ, ſæculum; in quo Lomad nullam habet vocalem; effertur in conſtructione ܥܠܡ. Sed excipienda ſunt hîc nomina, qualia nos in decima quinta, & decima ſexta claſſe recenſuimus. Ea enim cùm Olaph amittunt, plerumque in priore ſyllaba nullam habent vocalem, ſed raptim, tamquam per ſcheua, leguntur: in ſecunda verò ſyllaba, ea ferè auditur vocalis, quam eiuſmodi nomina apud Hebræos habebant, ſiue illa fuerit prima, ſiue ſecunda. Niſi quòd in iis nominibus, quorum poſtrema litera eſt Riſch, Syri primam vocalem, quàm ſecundam lubentius vſurpant. Sic à ܟܐܦܐ pecunia, dicunt Syri ܟܐܦ ܪܝܫܐ pecunia capitis, hoc eſt, tributum, vectigal. ab ܥܒܕܐ ſeruus, dicunt ܥܒܕ ܡܠܟܐ ſeruus Regis. à ܡܠܟܐ Rex, dicunt ܡܠܟ ܫܠܡ Rex Salem. Denique à ܠܚܡܐ panis, dicunt ܠܚܡ ܐܦܝܐ panis facierum, hoc eſt, vt vocãt, propoſitionis. Ceterùm ܚܪܐ liber, propter literam Riſch, ſumit vocalem primam, quamuis apud Hebræos ſecundam habeat. dicunt enim Syri in conſtructione, ܚܪ. Sed exemplorum ſatis eſt. Porrò quę cognata ſunt iis nominibus, quæ apud Hebræos habẽt cholem, & ſegol, quale eſt ܩܕܘܫܐ ſanctitas: ܪܓܙܐ ira; & his ſimilia; ea cùm

Decimo quinto loco, & decimo sexto exhibui nomina, quæ Syri aut mutuati sunt ab Hebræis, cùm apud hos vel quinque, vel sex punctorum essent; vt ab eorũ Grammaticis appellantur; vel geminum Kametz haberent: aut quæ ipsi talibus nominibus similia effecerunt. Et priore quidem loco posui ea, quæ secundam vocalem habent in priore syllaba: secundo verò loco, quæ primam. Sunt autem pleraq. generis masculini, & pluralem numerum quoque, vt masculina ferè, per vocalem secundam efficiunt, quamquam non nulla excipiantur. verbi gratia, ܩܪܢܐ cornu, dicitur numero plurali ܩܪܢܬܐ. Sed cur huiusmodi nomina propositis duabus formis, singulariter exhibuerim, dicam mox, cùm de nominũ constructione agam. Sed iam piget plurium formarũ. Nam si vniuersam Syricorum nominum turbã in certas species cogere instituam: frustrà id coner, in tanta & temporis mihi præscripti breuitate, & ocij penuria. Sunt enim multa nomina, quæ specie inter se simillima videntur, cùm sint & genere & numeri pluralis terminatione admodum diuersa. Et potest quisq. facilè, tum ex adiunctis verbis, vt dixi; tum aliis modis, quos Munsterus in sua Grammatica Chaldaica præscripsit; nominum genera cognoscere. Quare iam pauca de constructione, qua alterum nomen substantiuum alteri hæret, exponam. quia ea alterius speciem nonnihil mutat. vt & pronomina, cùm nominibus affiguntur.

De constructione vnius nom. substantiui cum altero.

Quas iam ostendi tum singularis, tũ pluralis numeri terminationes nominũ; eæ nonnihil mutantur, cùm nomẽ, quod quidem substantiuum est; alteri substantiuo inhæret ea constructione, qua apud Latinos, & Græcos posterius gignendi casu terminaretur. Tum enim illud nomen quod sic alteri inhæret, paucissimis exceptis; abiicit perpetuò suum Olaph, si quod in fine habebat; & simul vocalem quartam, in qua illud Olaph quiescebat. Et, vt vniuersè dicã; ea nomina quæ etiam omisso Olaph plures habent

Diei tamen vocabulum, ܝܘܡܐ, sæpè facit eum numerum more nominum feminini generis; nempe ܝܘܡܬܐ, vt suprà diximus. Suntque omnia, quæ proposui, integra: neq. vlla ex parte mutila. Et in duodecimæ quidem formæ nominibus, præter vltimum Olaph, nulla est litera æmunatica (vt sic appellem eas, quæ dictione ܐܡܢܬܐ continentur). Neq. in XIII. quoque: nisi quis putet Iud nominis, ܫܡܥܘܢ ascitum esse. vt sanè videtur.

Forma XIV.		Forma XIV.	
ܟܣܦܐ	argentum.	ܦܐܪܐ	fructus.
ܟܐܒܐ	dolor.	ܒܐܪܐ	puteus.
ܡܗܪܐ	impetus.	ܟܐܦܐ	petra.
ܙܐܒܐ	lupus.		

Decimam quartam formam feci eorũ nominum, quæ cùm habeant literam Olaph medium suę positionis elementum, siue id pro Vau, siue pro Iud positum est; efferuntur per tertiam vocalem in prima syllaba: altera verò terminatur more nominum masculinorum, vocali quarta, cum Olaph, absq. litera Tau. Atq. hæc, quamquam partim feminina, partim masculina sint, omnia tamen masculinorum modo faciunt pluralem numerum. verbi gratia. certum est, ܟܐܦܐ petra, esse generis feminini nomen. & tamen eius plurale est ܟܐܦܐ lapides. Matth. IV. Est etiam in nonnullis Iud, loco Olaph. vt ܪܝܫܐ caput. Interdum quoq. omittitur Olaph. vt ܒܐܪܐ puteus, Ioan. IV. &c.

Forma XVI.		Forma XV.	
ܙܒܢܐ	tempus.	ܕܒܫܐ	mel.
ܡܠܟܐ	Rex.	ܚܣܪܐ	opprobriũ.
ܟܦܢܐ	fames.	ܟܣܬܐ	testa.
ܣܘܣܐ	equus.	ܒܣܪܐ	caro.
ܙܘܙܐ	puluis.	ܡܛܪܐ	pluuia.
ܟܠܒܐ	canis.	ܐܡܪܐ	agnus.
ܓܒܪܐ	vir.	ܚܪܐ	liber.
ܚܩܠܐ	ager.	ܡܠܚܐ	sal.
ܠܚܡܐ	panis.	ܛܝܦܐ	turba.
ܝܪܚܐ	mensis.	ܥܣܒܐ	herba.

exempli caussa in tabula illis nominibus apposui. Nã dicimus, ܚܝܐ viuus, vel viua, & etiam ܚܝܬܐ viua. Nam de adiectiuis nominibus vniuersè dici potest; quæcũque genere masculino interdum literam Olaph postremo loco habent, interdũ ea carent; illa, cùm Olaph habẽt, esse ambigui generis, & insuper alterã etiam generis feminini formã habere per literã Tau. vt verbi gratia, ܛܒܐ femininũ est, si statuas masculinũ esse ܛܒ. at si ipsum genere masculino vsurpes, tum femininũ eius fuerit ܛܒܬܐ. Similiter ܟܚܝܠ fortis, facit femininũ, ܟܚܝܠܬܐ. At hoc ipsum ܟܚܝܠ fortis, robustus (potest enim æquè masculinè dici) facit femininũ ܟܚܝܠܬܐ. Porrò feminina, quæ per Tau fiunt, ea, vt substantiua, nihil mutãtur numero plurium. cetera verò plerumq. illic terminantur litera Nun cum quarta vocali; more participiorũ femininorũ. Et hæc de nominibus adiectiuis, vt in rudimẽtis, dicta satis sunto. Ipse enim orationis sensus ea facilè ostendit, cùm inter legendum occurrunt. Et numerum, vt dixi, perpetuò produnt bini apiculi; singularẽ quidem, si absunt; pluralem, si sunt appositi. Statueram hîc finem formarum proponendarũ facere. Sed addam insuper pauculas.

Nota.

Forma XIII.		Forma XII.	
ܣܛܪܐ	clypeus.	ܡܠܬܐ	intellectus.
ܣܟܠܐ	latibulum.	ܝܘܡܐ	dies.
ܣܢܝܐ	nablium.	ܡܘܬܐ	mors.
ܬܢܢܐ	fumus.	ܝܘܢܐ	columba.
ܥܢܢܐ	nubes.	ܬܘܪܐ	taurus.
ܛܠܠܐ	vmbra.	ܛܘܪܐ	ceruix.
ܫܚܬܐ	corruptio.	ܣܦܝܐ	funis.
ܫܘܪܝܐ	splendor.	ܢܛܪܐ	excubi tor.
ܩܣܛܐ	figulus.	ܢܛܠܐ	situla.
ܟܢܪܐ	cithara.	ܙܘܡܐ,	ζωμὸς, tus.
ܥܪܒܐ	adulter.	ܬܘܪܥܐ	tumultus.
ܕܝܢܐ	iudex.	ܪܘܢܐ	exsultatio.

QVÆ nomina duodecima tabula, & decima tertia ostendunt, quæq. illis sunt similia, masculini generis pleraq. omnia sunt. mutantq. proinde vltimam vocalẽ quartam, in secundam numero plurium.

Diei

ܕܚܠܐ. ܕܚܠܐ	fallax, mendax.
ܛܥܡܐ. ܛܥܡܐ	suauis.
ܟܒܝܐ. ܟܒܝܐ	grauis.
ܥܩܠܐ. ܥܩܠܐ	iniquus, sceleratus.
ܒܚܝܪܐ. ܒܚܝܪܐ	electus.
ܥܩܡܐ. ܥܩܡܐ	peruersus.
ܪܡܐ. ܪܡܐ	altus.
ܪܒܐ. ܪܒܐ	magnus.
ܡܪܡܐ. ܡܪܡܐ	fallax.
ܛܒܐ. ܛܒܐ	bonus.

DECIMO loco posui ante oculos varia nomina, à verbis formata, per literã Mim prępositã: planè vt quę proximè, per Tau. Inter ea duo sunt, in quibus deest primũ positionis elementum. in ܡܢܢ quidem Nun, in ܡܢܝ verò Iud. In tribus autem, videlicet, quarto, quinto, & decimo, conuersum est primũ elementũ Iud, in Vau. vt in ܡܢܘ vltimum Olaph. Sed nõ est difficile aliorũ positionem cognoscere. Et hîc rursus feminina sunt, quæ syllaba ܢ finiũtur. cetera ferè masculina. & proinde in plurali numero formando, eadem quę in superioribus obseruanda ratio est.

De nominibus adiectiuis.

Vndecima classis cõtinet nomina, quę vocant Adiectiua, diuersarũ formarum. Nulla autẽ vsitatior est, quàm ea, quæ ad modum Paul inflexionis Kal facta est. vt ܙܕܩܐ iustus, ܫܪܝܪܐ rectus, ܫܠܡܐ sanus. Et hæc faciunt genus femininum per epenthesin literæ Tau ante postremum Olaph. vt ܙܕܩܬܐ iusta, ܫܠܡܬܐ sana. Quòd si ab illis verbis profecta sunt, quorum postrema litera est Olaph, aut Iud quiescẽs, tum ferè terminãtur syllaba io, hoc est, litera Iud consonante cum vocali quarta ante Olaph: & sunt istiusmodi sæpè ancipitis generis. vt ܙܟܝ purus vel pura. ܫܠܡ salutaris, aut viuus. ܡܠܝܐ plenus. ܪܡܐ excelsus. Cuius rei hæc, vt ego certè puto, est ratio: quòd cũ genere masculino vsurpantur, sunt verè nomina adiectiua. at cùm feminino, tum sunt participia Paul. Nam ܙܟܝ purus; quod est masculinũ Paul Kal, verbi ܙܟܐ, mundus fuit; facit genus femininum, ܙܟܝ pura, mundata. Fiunt tamen etiam ab ipsis interdum feminina tali forma, qualem ego

referri ea, quæ literam Olaph pro Tau aſciſcunt: quale eſt ܢܡܘܣܐ lex, quod formatum eſt à verbo ܢܡܘܣ; & ſi qua ſunt eiuſmodi alia. Sunt autem ea, quæ propoſui, feminina omnia, quæ quidem ſyllaba ܐ finiuntur; & proinde pluralem numerũ habent ſingulari ſimilem, quod ad vltimam ſyllabam attinet. Ceteroqui ܡܫܬܬܐ facit pluralem numerum eliſa litera Vau, ܡܫܬܬܝܢ cum vocali quarta ante ſyllabam ܐ. quod ſimiliter etiam in nonnullis aliis accidere nominibus diximus, in quibus ea litera quæ ſyllabam hanc proximè præcedit, non habet vocalẽ in numero ſingulari. Reliqua verò duo ſunt maſculina, terminanturq. numero plurium vocali ſecunda. vt ܐܪܡܠܬܐ aduenæ, Petri II. &c.

Forma decima.

ܡܠܬܐ verbum.
ܡܕܥܬܐ ſcientia.
ܡܫܪܝܬܐ habitatio.
ܡܬܒܬܐ ſeſſio.
ܡܬܩܠܬܐ onus.
ܡܫܟܒܬܐ lectus.
ܡܬܩܝܡܬܐ confirmatio.
ܡܐܟܠܬܐ cibus.
ܡܨܝܕܬܐ rete.
ܡܬܝܠܕܬܐ prouentus.
ܡܬܪܬܐ diſciplina.
ܡܬܚܫܒܬܐ redargutio.
ܡܛܪܬܐ cuſtodia.
ܡܐܣܪܬܐ faſcis.
ܡܬܡܠܠܬܐ ſermo.
ܡܚܙܝܬܐ ſpeculum.
ܡܐܬܝܬܐ aduentus.

Forma vndecima.

ܚܝܠܐ . ܚܝܠܬܐ fortis.
ܝܚܝܕܝܐ . ܝܚܝܕܝܬܐ vnicus.
ܬܩܝܦܐ . ܬܩܝܦܬܐ fortis.
ܪܡܐ . ܪܡܬܐ excelſus.
ܒܝܫܐ . ܒܝܫܬܐ malus.
ܒܛܝܠܐ . ܒܛܝܠܬܐ confuſus.
ܒܛܝܠܐ . ܒܛܝܠܬܐ vanus.

Forma nona.

ܨܒܝܢܬܐ ratio, voluntas.
ܫܡܫܘܬܐ officium.
ܐܢܚܬܐ gemitus.
ܡܫܟܢܐ inquilinus.
ܟܪܙܘܬܐ prædicatio.
ܫܚܠܦܬܐ cõmutatio.
& ܫܒܚܬܐ laudatio, carmen.
In plurali. ܫܒܚܬܐ
ܫܪܝܪܬܐ narratio.
ܡܪܩܒܬܐ putrefactio.
ܠܒܘܫܬܐ veſtis.
ܡܬܪܛܬܐ velamen.
ܫܟܒܬܐ lectus.

Forma octaua.

ܥܘܠܬܐ iniquitas.
ܕܚܠܬܐ timor.
ܥܡܠܬܐ ærumna.
ܚܣܪܢܐ ignominia.
ܨܒܝܢܐ deſideriũ.
ܚܟܡܬܐ ſapientia.
ܙܡܪܬܐ cantus.
ܢܩܡܬܐ vindicta.
ܒܟܝܬܐ fletus.
ܨܚܬܐ clamor, eiulatus.
ܙܘܥܬܐ motus.
ܨܥܪܬܐ tribulatio.

SVNT etiam ea quæ in octaua claſſe collocaui, quæq. eis ſimilia multa leguntur, omnia generis feminini: neq. pluralẽ numerũ habẽt à ſingulari diuerſum. Deriuantur autẽ pleraq. omnia à verbis: & quædam quidem à perfectis, alia ab imperfectis. huius generis ſunt duo poſtrema, & tertium. Sunt enim ea ducta à verbis, quorũ medium elementũ eſt Vau ſilens. Item nonum, & decimum. quorum verba habent poſtremo loco Olaph quieſcens. Deniq. quintum, quod ex ordine habentiũ poſteriores duas literas geminas ductũ eſt. ac proinde in eo litera Gomal debet inſigniri pũcto Kuſoi, ad repræſentandũ alterũ Gomal, quod abeſt. At enim rectè ad iſtã ſpeciem referãtur alia quoq. nomina; quæ ipſa ſimiliter ſyllaba ܐ terminantur, atque à verbis profecta ſunt; quamuis non habeant quartam vocalem etiã in ea ſyllaba, quę vltimã proximè præcedit. Neq. enim nos ſingillatim formas omnes annumerare poſſumus. neque neceſſe eſt. ſed neq. vacat etiam. Nono loco propoſui nomina, quæ à verbis formata ſunt, aſcita litera Tau ad initium. Et ſex quidem illa, quæ Iud cum tertia vocali habent ante ſyllabã ܐ, veniunt à verbis, quorũ poſtrema litera eſt Olaph, ſiue Iud. eorum autem vnius verbũ, à capite etiam imperfectum eſt, nempe ܐܪܡܘܬܐ. eſt enim à ܪܡܐ, mutato Iud in Vau. Sicut illud ܐܪܡܠܬܐ, à ܡܠ. Poſſent autem huc quoq.

Septima forma.		Sexta forma.	
ܛܝܒܘܬܐ	gratia, beneficétia.	ܡܬܩܢܬܐ	ſuauitas.
ܣܟܠܘܬܐ	ſtultitia.	ܡܪܝܪܘܬܐ	triſtitia.
ܙܕܩܬܐ	iuſtitia.	ܩܕܝܫܘܬܐ	ſanctitas.
ܫܩܪܐ	falſitas.	ܙܕܝܩܘܬܐ	iuſtitia.
ܛܠܝܘܬܐ	iuuentus.	ܫܘܝܐ	vanitas.
ܣܗܕܘܬܐ	teſtimonium.	ܡܫܬܘܬܐ	probitas.
ܣܟܠܘܬܐ	ſtultitia.	ܛܒܘܬܐ	probitas.
ܗܝܡܢܘܬܐ	fides.	ܒܝܫܘܬܐ	malitia.
ܬܒܪܐ	pœnitétia.	ܚܘܠܝܐ	morbus.
ܡܠܟܘܬܐ	regnum.	ܡܟܝܟܘܬܐ	humilitas.

SEXTO loco propoſuimus nomina quędam ſubſtantiua, formata ab adiectiuis, quę ſpeciem Paul inflexionis Kal referunt, mutato Olaph vltimo in Vau, & addita ſyllaba ܬܐ. Sic enim à ܙܕܝܩ iuſtus, fit ſubſtãtiuum ܙܕܝܩܘܬܐ iuſtitia. & rarò errauerit, qui eam rationem ex quibuſuis huiuſmodi adiectiuis ſubſtãtiua formãdi ſequatur. Sunt autem omnia generis feminini; vt ſolent apud Syros ea nomina, quæ ſyllaba ܬܐ terminantur. Itaq. numerus pluralis non eſt à ſingulari, niſi ſolis duobus apiculis, diſtinctus: quamquam rarò vſurpãtur multitudinis numero, quę ad iſtam formã ſunt facta. In ſeptimũ ordinem alia ſubſtãtiua retulimus, ſuperioribus quàm ſimillima: quæ ipſa quoque omnia ſunt generis feminini. Sed hæc, & quæ ad ipſorum ſunt formã facta cetera, numero plurium mutant plerumq. Vau vocalem in cõſonantem, & quæ proximè eam antecedit litera, ſumit vocalẽ primã, vt nuper dicebã. vt ܣܗܕܘܬܐ teſtimonia. ܣܟܠܘܬܐ ſtultitiæ. ܛܒܘܬܐ beneficentiæ. ܡܠܟܘܬܐ regna. Amittunt autẽ vtriuſq. formę nomina interdũ totam ſyllabã, ܬܐ, κατ' ἀποκοπὴν. Quale eſt illud Matth. XII. & Marc. XIII. & alibi ܡܠܟܘܬܐ regnum. Et Hebr. VII. ܒܝܫܘܬܐ malitia. & Heb. IX. ܡܫܬܘܬܐ vſus. Atque in plurali numero ſimiliter. vt ܡܠܟܘܬܐ partes. ܕܡܘܬܐ ſimilitudines, Hebr. I. Sed iſta rara ſunt, & anormia dici poſſunt. quale eſt etiam quod pro ܒܝܬܐ domus, vſurpatur nonnumquam, ܒܝܬ. veluti Matth. XII. & alibi.

Forma

tionis litera; propterea quòd, vt diximus, in Piel pleraque verba perfectè atque integrè inflectuntur. At ܡܚܝܐ, quod ex Hiphil ſumtum eſt, caret litera Nun. Eſt enim à poſitione ܢܚܐ. In ܡܚܝܢܐ verò etiam redundat litera vna Mim; eſt enim ea geminata, vt in tractandis verbis quadratis expoſuimus; è quorum ordine natum eſt hoc nomen. Sunt autem pleraque formata à Benoni; & proinde ſignificationem habent actionis. Poſſunt tamen æquè ad Paul referri; cùm ſint, vt diximus, ſimillima in Piel illa Participia. Vnde illud ܡܫܒܚܢܐ ferè ſolent interpretari, virum laudatum, & primarium. Similiter illud, ܡܬܪܓܙܢܐ. hominem qui facilè ira permouetur. Sunt autem omnia maſculina. Porrò quinto loco poſui pauca quædam nomina, quæ verbalium, vt ſic dicam, ſpeciem quidem habent; ſed tamen deducta potius ſunt à nominibus ſubſtantiuis; ſignificantque eas qualitates, quæ illis ſubſtantiuis nominibus notantur, eſſe excellenter in iis, quibus ipſa accommodantur. vt, verbi cauſſa, ܡܬܚܙܢܐ, non ſimpliciter militem quemuis repræſentat: ſed hominem in rebus bellicis egregiè verſantem. Sumpſerunt autem ea præter ſyllabam ܢܐ, etiam literam Tau, ex Æmunaticis. Sunt verò etiam ipſa maſculina; vt ſuperiora: & proinde addidi formam, qua ab eis feminina eiuſdem notionis duci ſemper queant, poſita litera Iud quieſcente in vocali tertia ante Tau. Sed enim maſculina vtriuſque formæ ſic faciunt pluralem numerum, vt de aliis adhuc diximus. Feminina verò, quæ appoſuimus, ea nullius aut literæ, aut vocalis mutatione, ſed ſolis binis appoſitis ſuprà punctis fiunt pluralia. Eſt autem vtriq. formæ (de maſculinis loquor) hoc commune cum proximè ſuperioribus, quod aliquando vſurpentur abſque Olaph. vt ܡܚܬܟܢ fraudator, ܡܪܚܡ & ܡܛܝܒ miſericors, & beneficus, Dei epitheta, quæ ſæpè in Pſalmis occurrunt.

QVÆ in tertia forma exhibui, ſunt ſimiliter omnia perfecta. neque in eis vlla poſitionis litera deſideratur; præter ܗܘܢܐ, cui deeſt vltima litera, ſiue ea Iud eſt, ſiue Olaph. Habẽt autẽ pręter extremum Olaph, & literam Vau, inſuper literam Nun ex Æmunaticis. ſuntq. omnia generis maſ. & fiunt pluralia eadem mutatione vocalis poſtremę, qua ſuperiora. vt ܚܘܝܐ morbi. Matth. IV. &c. Eſt autem in hac forma notandum, quòd Olaph interdum abeſt, terminanturq. nomina litera Nun. Dicimus enim etiam; ܚܘܢܐ morbus, Mat. VI. Et ܫܘܠܛܢܐ poteſtas, Matth. XXI. atq. in aliis, &c.

Forma quarta.

ܡܫܡܥܢܐ adiutor.
ܡܥܘܢܐ adiutor.
ܡܫܡܟܝܢܐ ſuſtentator.
ܡܫܪܝܢܐ liberator.
ܡܥܩܪܢܐ eductor.
ܡܥܟܢܢܐ irritator.
ܡܥܩܪܢܐ expurgator.
ܡܫܒܚܢܐ laudabilis.
ܡܥܕܝܢܐ conſolator.
ܡܙܥܢܐ moroſus.

Forma quinta duplex.

ܩܪܒܐ bellator.
ܪܡܝܐ impoſtor.
ܓܒܪܐ militaris vir.
ܚܟܝܡܐ prudens vir.

Et ab eis feminina.

ܩܪܒܬܐ bellatrix.
ܪܡܝܬܐ fraudatrix.
ܓܒܪܬܐ fortis mulier.
ܚܟܝܡܬܐ prudens mulier.

IN quartam claſſem contuli nomina, quæ omnia per appoſitam ſyllabam, ܢܐ, formata ſunt à participiis Piel; pręter duo, videlicet ܡܥܩܪ, & ܡܙܥܢ, quæ ex participiis Hiphil ducta addere volui; vt vtriuſq. modum videret lector formæ. Eſt enim par vtrobiq. ratio. Eorum quæ ad Piel pertinent nulli deeſt aliqua poſitionis facere in aliis lectores poſſint. Nemo autẽ me accuſet, ſi minimè exacto ordine illas propoſuero. nam profectò à tanta cura me excludit temporis breuitas. Librarius enim iamdudum me vrget, propter operas, ne ocioſæ ſint.

VARIÆ NOMINVM FORMÆ.

Forma ſecunda.	Forma prima.
ܚܫܝܫܐ contemtio.	ܥܒܕܐ effector.
ܡܫܚܩܐ irriſio.	ܥܕܪܐ adiutor.
ܫܩܪܐ falſitas.	ܥܡܪܐ habitator.
ܣܓܝܐ multitudo.	ܥܩܪܐ vexator.
ܡܥܟܒܐ mora.	ܥܫܦܐ incantator.
ܚܟܡܬܐ prudentia.	ܦܕܝܐ redemtor.
ܡܬܩܢܬܐ præparatio.	ܡܪܕܘܬܐ rebellator.
ܡܥܩܬܐ afflictio.	ܢܩܡܐ vindex.
ܫܢܝܬܐ commutatio.	ܡܕܒܪܢܐ gubernator.
ܪܫܥܬܐ impietas.	ܚܨܕܐ meſſor.
ܚܦܪܬܐ foſſio, fouea.	ܨܪܝܐ hoſtis.
ܡܫܬܥܫܥܬܐ oblectatio.	ܢܛܪܐ cuſtos.
ܡܪܩܬܐ purgatio.	ܣܓܕܐ adorator.

VTRIVSQ. harum formarum nomina perfecta ſunt; & præter conſuetam literam Olaph, quæ finem occupat, ſolam Vau ex Æmunaticis literis ad mediũ aſcitam habent; prioris quidem formæ in ſecunda ſyllaba; poſterioris verò in prima. Et prioris quidem formæ, omnia; quæq. eis ſimilia fiunt; ſunt generis maſculini. Sunt enim ſimilia illis nominibus, vt vocãtur, verbalibus; quæ apud Latinos ſyllaba, tor, finiuntur. Poſteriorẽ quoq. formã quæ imitantur, pleraq. omnia maſculina ſunt. fitq. in vtriſq. numerus pluralis, ſi loco vltimæ vocalis, quæ quarta eſt, ſcribatur ſecũda. vt ܣܓܕܐ adoratores, Ioã. IV. ܪܫܥܬܐ impietates, &c.

Forma tertia.	Forma tertia.
ܡܬܬܢܬܐ memoria.	ܚܕܘܬܐ ſalus.
ܚܕܝܬܐ ærumna.	ܡܬܬܘܬܐ mandatum.
ܚܘܢܬܐ morbus.	ܫܢܝܬܐ vituperiũ.
ܚܘܕܝܬܐ vindicta.	ܥܩܬܐ tribulatio.
ܚܘܠܦܬܐ auxilium.	ܫܠܝܬܐ vtilitas.

mæ. ܩܪܢܐ cornu, ܩܪܢܬܐ cornua. ܐܘܪܚܐ via. ܐܘܪܚܬܐ viæ. Porrò vt de altera masculinorum nominum terminatione dicebamus, quæ fieret per literam Nun, cum præcedente Iud, & vocali tertia; sic de femininis quoq. dicendũ est; ea nonnumquam numero plurium finiri litera Nun, cum vocali quarta. Hanc tamen terminationem esse vsitatissimam in participiis femininis; & secundum ea, in nominibus adiectiuis: nonnumquam tamen in aliis nominibus quoque. vt ܫܘܫܦܐ tribulationes. ܫܪܫܐ catenæ. Sed quæ sic terminantur, nomina, plerumq. etiam altera forma vsurpantur. Nam & ܫܪܫܬܐ, propè eodem loco scriptum est, Act. XII. & ܫܘܫܦܐ, atq. ܫܘܫܦܬܐ fatuæ. & rursus ܡܚܟܡܐ atq. ܡܚܟܡܬܐ prudentes virgines, Matth. XXV. Item à nomine ܟܘܪܣܝܐ sedes, legitur in Psalmis ܟܘܪܣܘܗܝ, numero pluriũ, per Vau consonantẽ; & ܟܘܪܣܘܗܬܐ Sic ܡܕܝܢܬܐ ciuitas, facit ܡܕܝܢܬܐ & ܡܕܝܢܬܐ ciuitates, Luc. VIII. Non pauca etiã nomina generis feminini efficiũtur pluralia, modo masculinorum. Sicut vicissim quędam masculina terminationem femininorum in numero plurium habẽt. vt ܫܥܬܐ hora, quod nomen est femininũ; dicitur in plurali numero ܫܥܝܢ horæ. ܪܓܠܐ pes, ܪܓܠܐ pedes. ܐܘܢܐ auris, ܐܘܢܐ aures. & ita de plerisque aliis corporis partibus, quas natura binas procreauit. vt ܥܝܢܐ oculus, ܥܝܢܐ oculi, &c. Et alia nomina. vt ܟܐܦܐ petra, ܟܐܦܐ petræ. Rursus masculina quæ imitantur feminina. vt ܠܝܠܐ nox, ܠܝܠܐ noctes. ܝܘܡܐ dies, ܝܘܡܐ plures dies. ܐܬܪܐ locus, ܐܬܪܐ loca. ܢܗܪܐ flumen, ܢܗܪܐ flumina. ܐܪܝܐ leo, ܐܪܝܐ leones. Sed potest facilè sibi quisq. priuatim ista, legendo auctores, obseruare, atq. annotare. Nimis enim longum esset omnia persequi. Satis ergo de Numeris dictum esto: præsertim cùm errori in illis locus non sit; vt exposui. Sed ponam ante oculos quasdã nominum formas; quales frequentissimæ apud Syros occurrunt, & in singulis cùm genus, tum numeri pluralis terminationem; qualis sit, commonstrabo; & simul quas literas ex Æmunaticis ascitas habeant, admonebo. vt de iis coniecturam facere

qua in plurali numero terminantur, ferè est eiusmodi, vt in locum vocalis quartæ; quæ numero singulari ante postremum Olaph audiebatur, succedat vocalis secunda. Nam à singulari ܡܠܟܐ Rex, fit plurale ܡܠܟܐ Reges. à singulari ܙܕܝܩܐ iustus, est plurale ܙܕܝܩܐ iusti. Illa tamen nomina, quorũ positio habet vltimo loco literam Olaph, aut Iud, plerumq. faciunt pluralem numerũ syllaba aio; & proinde sæpè à singulari solis duobus apiculis ille discernitur. vt ܫܡܝܐ cæli (vt sic dicam) ܒܢܝܐ filij. ܒܚܝܪܐ electi. ܣܟܠܐ stulti. Est & alia apud Syros nominum masculinorum numeri pluralis terminatio, quæ fit per literam Nun, cum Iud ante ipsam, & vocali plerumq. tertia; interdum tamẽ secunda. Sed ea terminatio est participiorũ propria: & in verborũ formulis à nobis satis exposita. ceteroqui paucis apud Syros nominibus accommodatur. Nomina autem generis feminini; præsertim quæ terminatione ܬ finiuntur, quorum maxima pars est, plerumq. habent pluralem numerũ prorsus eundem quem singularem; sed binis apicibus, vt dixi, distinctum. vt ܫܒܟܬܐ rete. ܫܒܟܬܐ retia. ܥܘܠܬܐ iniquitas. ܥܘܠܬܐ iniquitates. Quæ tamen eiusmodi sunt, vt litera quæ syllabam, ܬ, proximè anteit, nullam habeat vocalem in numero singulari, ea solent in numero plurali assumere illic loci vocalẽ quartam. vt ܡܕܝܢܬܐ ciuitas. ܡܕܝܢܬܐ ciuitates. ܬܫܒܚܬܐ, carmen, laudatio. ܬܫܒܚܬܐ carmina, laudationes. vbi eius variationis gratia etiam Vau sublatũ est. quod in aliis quibusdam similiter fit. Multa quoq. quæ in singulari habent literam Vau quiescentem in quinta vocali ante syllabam ܬ, mutant illam in consonantem numero plurium. Sic à ܡܠܟܘܬܐ regnum, fit numerus plurium ܡܠܟܘܬܐ regna. & à ܣܟܠܘܬܐ stultitia, error, ܣܟܠܘܬܐ errores, delicta, stultitiæ, Psal. XXII. & plerumq. hoc casu attribuitur vocalis prima ei literæ quæ literam Vau proximè antecedit. vt ܫܘܠܬܐ in singulari. ܫܘܠܬܐ in plurali, &c. Sunt etiam, quæ etsi numero singulari plerumq. vsurpentur sine litera Tau, tamen numero pluriũ ascisciũt Tau. vt ܢܦܫܐ anima. ܢܦܫܬܐ ani-

Nomina feminina.

Nota.

vox, vt mihi videtur, & quæ vix vmquã, nisi properandæ narrationis, aut affectionis cuiuspiam gratia, omitti solet, veluti Matth. IV. Sanabat Iesus in populo ܟܠܐ ܚܠܝܐ ܘܟܠܐ ܡܪܥܐ, omnem dolorem & morbum: celeritate orationis, facilitas sanandi repræsentatur. Nam profectò si Emphaseos caussa additur ea litera, equidem non video cur à nomine ܪܘܚܐ spiritus, & ܢܘܪܐ ignis, absit in versiculo quarto Ps. CIV. cùm scribitur ܕܥܒܕ ܡܠܐܟܘܗܝ ܪܘܚܐ ܘܡܫܡܫܝܗܝ ܢܘܪܐ. Hoc est, Fecit angelos suos spiritum, & ministros suos ignem ardentem. Quis enim nõ existimet angelos haudquaquam vulgarem vel spiritum, vel ignem esse; sed excellentissimi generis? Sed hoc hactenus.

Psal. 104. vers. 4.

DE GENERE NOMINVM.

ܢܝ, Ni, prorsus vt apud Hebræos, & Chaldæos; ità apud Syros, pronomen est primæ personæ numero singulari: sed quòd verbis affigitur, non etiam nominibus. Id autem dum vsurpant Syri, quos ego certè audiui: audiui autem solos duos literis eruditos viros, Mosen Mardenum, siue, vt ipse vocari volebat, Antiochenũ, cùm esset Patriarchæ Antiocheni legatus, & Sullacam Seleucenum, siue Mozallanum: dum, inquam, Syri vsurpant hoc pronomen, sic ipsum efferunt, vt omnino nullam literæ Iud habeant rationẽ. Nam quamuis scribendo exprimant, ܥܒܕܢܝ, fecit me, legunt tamen ܥܒܕܝ. Atque ea est causa cur haud ferè vlla vocalis apposita ad hanc syllabam videatur. Nota.

ܬ, To, in Nominum finibus, apud Syros, creberrimè auditur. quæ pleraque sunt feminini generis; vt masculini, quæ ܢ, No, terminantur.

ܬܘ, & interdũ ܬ, nonnunquã etiã ܗܘ, pronomen est masculinum, tertiæ personæ, numeri singul. quod annectitur non solùm nominibus, præsertim pluralis numeri; sed etiam verbis. Et nominibus quidem hoc modo, ܥܝܢܘܗܝ oculi eius: ܒܪܬܗ, pupillæ eius. Atq. ista nõ aliter leguntur à Syris, quàm à Iudæis eiusdem notionis pronomina, quę ipsi per Iud Vau formant, cùm dicũt דְּבָרָיו. verba eius: שִׁנָּיו, dentes eius, &c. Neq. igitur He, neq. Iud in illo pronomine auditur. In verbis autem ad hunc modum, ܫܒܩܘܗ, reliquerunt

Sicut autem Hebræi literam Nun sæpè è mediis dictionibus abiiciunt, & puncto Dagges, absentem repræsentant; quòd ea gens literæ huius sonum in mediis verbis, quodam naturæ instinctu fugiat; ità Syri quoq. non id solum faciunt, sed adscriptam expressamq. etiam sæpe nõ pronunciant. Quamuis enim in hoc nomine ܐܢܬܬ, femina, Nun expressè scribitur, tamen à lectore prorsus omittitur; è cuius ore nihil nisi, Atto, audis. Similiter pronomen ܐܢܬ, &, ܐܢܬ, Tu, semper quasi, Att, sit scriptum, ita legitur à Syris: habetq. in istis Tau; in libris certè emendatis; perpetuò Kusoi; quo veluti geminatur. Nota.

Deniq: litera Tau è verbis nomina format, sicut apud Chaldæos, vt multis exẽplis ostendemus, cùm agemus de Nominibus. Est præterea personarum variandarum nota celeberrima in Verbis, cùm in principio, tum in fine posita. Sed ne ista mihi sint longa oratione exponenda, prescribendaque; iubeo quemq. sibi ex verborum formula hæc obseruare, atque animaduertere. Neq. enim eiusmodi preceptiones, nisi posito ob oculos exemplo, aut facilè percipiuntur, aut retinentur etiam. Neque cùm ipsum exemplum intueris, desiderare precepta magnoperè potes. Et si quid erit, quod lector possit requirere, id mox post propositã variandi per casus verbi formulã à me indicabitur vtilius. Quare hoc vnũ de literis Olaph, Vau, & Iud, vniuersè addam; eas sæpe inter se cõmutari, similiter atq. apud Hebræos, & etiam quiescere in vocalibus. Tau. Literæ inter se commutantur.

DE SYLLABIS SERVILIBVS.

NVNC paucis quasdam literarũ complexiones, & syllabas; quæ ipsæ quoque seruiles sunt; exponam. Igitur syllaba ܐܠ præposita verbis, est nota inflexionis verborum eius, quam cum Iudæis, Hithpael, nominabimus. Quod munus apud Chaldæos quoque efficit, sed cum vocali tertia; cùm apud Syros habeat secundam. Syllaba, ܐܠ, apposita ad finem nominum adiectiuorum, facit aduerbia, vt dicturi sumus fusius suo loco. Ceteroqui vsurpatur pro verbo substantiuo: sicut apud He- ܐܠ

næ masculini generis nota est, habeat plerumq. ante se vocalem quartam. vt ܫܡܟ nomen tuum, ܡܠܟܘܬܟ regnum tuum, ܐܨܒܥܬܟ digiti tui. verùm in iis nominibus numeri pluralis, quæ forma masculina variantur, solet habere vocalem primam ante se: vt ܡܠܟܐ reges tui, viri. ܥܒܕܬܟ opera tua &c. At cùm repræsentat secundam personam generis feminini, addita est ei litera Iud, vt nuper ostendebamus exemplo, in litera Iud.

Lomad. Lomad quoq. sic apud Syros seruit, vt apud Hebræos, & Chaldæos: habetque eas ferè vocales, quas seruile Dolath. Non efficit tamen apud Syros gerundi modũ, nisi cum litera Mim. nimirum quia hæc litera nunquam ab Infinito verbo abest. Neq. verò est solũ dandi casus, sed æquè accusandi nota Syris, quippe qui particula, ܠ, Chaldæorum more, numquam vtantur.

Mim. Mim apud Syros plerumque cum suo Nun seorsim scribitur, cùm est præpositio. raroq. adhæret: quod apud Hebræos fit creberrimè. Et in verbis cuiusuis inflexionis format modum infinitum. atque etiam participia, si hîc primam inflectendi verbi formam, quam Kal vocamus, excipias. Multa etiam nomina à verbis ducta, hanc habent in initio literam; sicut etiam apud Hebræos.

Nun. Nun, vt nuper dicebamus, est Syris in earum literarum numero, quæ præpositæ, futurum tempus formant, in aliis, atq. aliis personis. Sæpè etiam terminat verborum pluralem numerum: in præterito quidem tempore, primas & secundas personas: in modo mandatiuo secundas; sed quæ sæpe etiam absq. Nun enunciantur. In futuris autem, secundas, & tertias vtriusque generis; sed hîc in masculinis ferè habet vocalem quintam ante se: in femininis verò, quartam. Sed ista ex formula verbi variandi, quam adscribam; & insuper multa lectione quiuis facilè in sua memoria inscripserit. Est etiam hæc litera in dictionum finibus sæpè nota pronominis primæ personæ numeri pluralis; sicut Iud numeri singularis. Sed hoc munus, & nonnulla alia, ex Hebræorum, & Chaldæorum præceptis satis nota sunt. Grammatici. Sæpè etiam, κατὰ παραγωγὴν, additur verbis modi Infiniti. vt ܡܣܒܪܝܢ, sperando, Psal. XL. ܡܥܡܕܢܐ baptizare, ܡܟܪܙܢܐ prædicare, concionari, I. Corinth. I. Variæ etiam Nominũ species ascita sibi hac litera ducuntur à verbis: nec pauca etiam ex ea componuntur pronomina, quæ affixa vocamus. Sed ista omnia præceptis includere longum, & operosum esset. facilius autem exemplis, suo quoque loco, propositis, intelligentur.

Iud apud Syros numquam efficit tertias personas in futuris, vt apud Hebręos, & Chaldæos. sed in eius locum subit litera Nun. Ceterùm ad fines verborũ apposita, vnà cum litera Tau, in præteritis, ostendit secũdam personam singularem, generis feminini. at sine Tau est nota tertiæ personæ pluralis numeri, eiusdem generis. hîc tamen nonnumquam post Iud etiam Nun apponitur. Rursus cum Tau in participiis efficit interdum secundam personam femininam, numeri singularis. Insuper in modis imperandi, format, sine Tau, personam secundam generis feminini, in vtroq. numero. Deniq. in futuris est nota tertiæ personæ generis feminini, numeri singularis ad finem apposita, quamquam sæpè illic omittitur, vt alibi ostendemus. Non adiungo exempla; ne Typographo sine causa sim molestus. Possunt enim facillimè peti ex inflectendorum verborum formula, quæ ponetur ante oculos. Porrò creberrimè est pronomen primæ personæ, dictionum finibus adhærens: nisi habeat ante se literã Coph seruilem. Cum hac enim repræsentat secundam personam generis feminini; vix tamen eius vlla vox auditur. Nam Syri, cùm dicunt ܒܛܢܟ venter tuus, ô femina; nihil nisi Carsech dicere videntur. Sæpè etiam pro Olaph, aut Vau ponitur: vt in Verborum imperfectorum tractatione ostendetur. Postremò asciscitur ad quasdam nominum species formandas; quæ ostendentur suo loco.

Coph. Rursus literam Coph iisdem ferè præficiunt muneribus Syri, quibus Hebræi, Chaldæiq. suum Caph. Estq. hoc apud illos vsitatum, vt cùm secundæ perso-

ardentes. hoc est, tales quæ arderent. Et Psal. XVIII. deprimes eos, qui insurgunt, aut qui stant, contra me. Habet autem Dolath seruile apud Syros libenter vocalem primam, si verbi, cui præponitur, litera prima nulla insignita vocali erat. vt Psal. VIII. quia viderunt. & mox ; quia recordatus es eius. Sæpè etiam ad se rapit vocalem, quam alioqui habebat ea litera, cui præponitur; præsertim si hæc sit aut Olaph, aut Iud. vt quæ sum mulier Samaritana, Ioan. IV. cùm venerit Messias. ibidem. Similiter ; vt quomodo; , vt etiã. &c. Ceteroqui exiliter pronunciatur, & raptim; perinde atq. si Hebręorum ei Scheua esset subscriptũ: cuius tamẽ nota Syri nulla vtũtur. Nam cùm dicunt . Mons Cyri (est id in Perside celebris loci nomen) ita pronunciant raptim illud Dolath Syri, vt præcedenti videatur hærere dictioni: dicereq. eos putes Turodh Chores. & hæc vocalium ratio ei communis est cum plerisq. aliis literis seruilibus.

He. Litera He apud Syros numquam seruit in dictionum principiis, sed in fine. repræsentatq. pronomina tertiæ personæ; numeri singularis; interdũ quidẽ masculina; interdum verò feminina. Habet autem cùm feminarũ est, perpetuò apicem in vertice; & plerumq. vocalem quartam ante se, vt lingua eius, feminæ. Sæpe tamen etiam alias vocales, præsertim quando aut Verbis, aut Nominibus numeri pluralis adhæret, vt fines eius, nempe terræ. reliquerunt eam. At quando est pronominum masculinorum nota, tum illiusmodi apice caret; & loco quartæ vocalis ferè secunda scribitur. vt cor eius, viri. lex eius, Dei.

Vau. Litera Vau, Syris est Coniunctio, vt Hebræis, Chaldæisque. vocalibus autem iis vtitur, quibus Dolath. vt & venit, & sedit, Ioan. IV. & si, & etiam, & viderunt. &c. Ceteroqui seruit multifariam in verbis ad alias personas, aliosq. numeros formandos; tempus tamen non mutat; vt apud Hebræos illud Vau quod הפוך nominant istorum Gram-

In hac autẽ tractatione eò erimus breuiores, quòd plerarumq. eadem munera atq. officia sint propria apud Syros, quibus apud Hebræos Chaldæosq. eædem literę fungũtur. Cùm enim de Hebraicis multi; de Chaldaicis Sebastianus Munsterus diligenter scripserit; si nos eadem compilaremus, nihil aliud quàm ocio abuteremur; quo sanè minimè abundamus. Habet autem in seruilium numero primum locum Olaph. De cuius officiis hoc vniuersè dicam; eadem esse prorsus omnia, quę Chaldaico Olaph sunt à Munstero assignata. Est autem insuper sæpè loco Vau, aut Iud positum. Interdũ etiam in mediis dictionibus superuacaneum esse videtur, & ad pronunciationem modò pertinere. Illorũ exempla se offerent satis multa, cùm de verbis imperfectis agemus. Huius adscribam vnũ. Legimus Psal. XXII. viderunt me. Hîc Olaph, quod cernitur, non est, opinor, positionis Olaph: id enim mutatum esse videtur in prius Vau. sed est clarioris vocis gratia ascitum. Si quis tamen positionis Olaph esse malit existimare, non contendã contrà. Neq. verò de Syrorum Beth quoq. aliud, quod dicã, habeo, quàm quod Hebræi, Chaldęiq. de suo Beth prodiderunt: esse videlicet præpositionem, in, cum, aduersus, contra, &c. neq. alibi quàm in dictionum principiis seruire. Syri tamen, quod equidem meminerim, eo nõ vtuntur ad formandũ gerundi verbum: quod Hebræi sæpe faciunt. Porrò Dolath multis in locis, & variis modis seruit: sed planè vt Chaldęorum Daleth. Quare nihil necesse est ea repetere, quæ sunt à Munstero satis exposita. Illud ergo monebo modò, hãc literam apud Syros sæpè quasi superuacaneam pręponi verbis. vt Psal. II. disrũpamus. Et eodem Psalmo narrabit. in quibus locis, & eiusmodi aliis, eam ferè vim habet, quam Græcorum ὅτι. qua vocula hi quoq. sæpè sic vtũtur, vt ociosa videri possit: quamquam non est prorsus ociosa; sed ferè quorundam hominũ certa verba, aut facta narrari ostendit. Admittit autem hæc litera seruilis, vt etiam apud Chaldæos, alias sæpè ante se seruiles literas. vt Psalmo VII. fecit sagittas suas

Olaph.

Beth.

Dolath.

appositis, non satis possunt discerni, adhibuerunt Syri certa pũcta. Tertiis enim & secundis personis subiiciunt punctũ: In prima autem suprà locant. In tertiis verò feminini generis, sinistrũ etiã latus literæ insigniunt puncto. vt, ܥܒܩ, reliquit vir, ܥܒܩܬ reliquit femina. ܥܒܩܬ reliquisti, ܥܒܩ reliqui ego, Rursus quia participium, siue Benoni, scriptura nihil differt à tertia persona præteriti, collocant ad sinistrũ latus primæ literæ eius positionis perpetuò punctũ: quod signũ sit eiusmodi: vt ܥܒܩ, relinquens. ܐܡܪ dicens, siue dicit Maria ad Angelũ. Luc. I. Sed ista erunt explicanda rursus, cùm de verbis agetur. Porrò ad hunc modum in aliis etiam multis dictionibus ambiguitas punctis adscriptis tollitur, vt ܒܝܬܐ, si supra Beth locetur apiculus, significat opus; si infrà, seruũ. ܗܘ, si suprà est apex, pronuncias ܗܘ Hau, estq. ac si dicas, ille: sin subter, dicis ܗܘ Hu, & significat ipse. ܐܝܕܐ significat manum, efferturq. Idho. at ܗܝ pronomen est femininum; ea, vel quæ. sonatq. aido. Rursus ܗܝ, si habet subter punctum, legitur Hi, per i, longum: sin suprà, Hoi. estq. illud, ipsa; hoc verò, illa.

Nota. SVMMA est, in huiuscemodi vocabulis puncta quæ suprà scribuntur, plerumque sunt indicia vocalis primæ aut quartæ; quæ verò subter, secũdæ aut tertiæ; & aliquando quintæ; si eo loco est litera Vau. Nam sine hac rarò vsurpatur quinta vocalis. aliquando verò significant eam literam sub qua ponũtur, esse finem syllabæ, vt Scheua quiescens Hebrẹorũ, & Gismc Arabum, quod tamen suprà scribitur. vt ܝܗܒ fraus, Psalm. XXXV. ܡܠܟܐ Rex, ܥܒܕܐ seruus, &c. Sed ista non debent ad Verba accommodari. in iis enim alia ratione personas distinguunt, vt modò dicebam. Et de Syricis punctis hactenus.

DE LITERARVM SERVILIVM OFFICIIS.

NVNC restat vt de literis, quas Seruiles vocari dicebamus, sigillatim, quibus eæ fungantur officiis, explicemus, cùm sunt ascitæ ad alienas positiones. Sæpe enim non sunt seruiles, sed elementa suarum positionũ; similiter atq. ceteræ literę. In hac centur explicatius. Deniq. est hoc sæpè apud Syros insigne secundæ personæ masculini generis, vtriusq. numeri, in modo mandatiuo, formæ Hithpael; cùm sub medio positionis elemento locatur. vt Psalmo XXXI. ܐܬܬܚܙܩܘ, estote fortes. Psalm. XXXII. ܐܬܚܕܘܢ oblectate vos. Psal. XXXV. ܐܬܩܛܠ pugna. Ps. L. ܐܬܟܢܫܘ congregamini. Act. XIII. ܐܬܚܙܘ animaduertite. Sed in multis hæc exempla sufficiant. Ratio autem in illiusmodi mãdatiuis verbis vsurpandi eius signi est; quãtum coniicio; vt eo à verbis finitis secernantur, à quibus alioqui nihil differunt. Et hæc de virgula, quæ sub literis scripta reperitur.

DE PVNCTIS NVMERI PLVRALIS.

QVIA porrò apud Syros pluralis numerus nominum sæpè nulla casus, siue terminationis variatione, aut literarum certè mutatione à singulari diuersus est; vsus recepit, vt in illo bina puncta supra dictiones, pari altitudine scriberentur. vt ܬܘܪܐ bos: ܬܘܪܐ boues. ܓܕܝܐ figulus: ܓܕܝܐ figuli. ܛܝܪܐ auis: ܛܝܪܐ aues. Quòd si fortè in eo nomine litera Risch fuerit, quę perpetuò, vt diximus, suum in capite apicem habet; eius tũ apiculus plerumq. pro altero pluralis numeri apice vsurpatur; vt in omnibus, quæ ante oculos posui, exẽplis factum esse vides. Et in Nominibus quidem hoc numeri plurium insigne perpetuò cernitur. at in Verbis parcissimè: Nimirum quia in his ipsa inflexionis variatio numerorum diuersitatem satis per se prodit. Quapropter vix vsquã puncta ista gemina videas in Verbis, nisi in secũdis, & tertiis personis, generis feminini; & in participiis femininis: quia ista nominibus sunt similia. vt ܥܒܩܢ reliquerũt feminæ, ܥܒܩܬܝ reliquistis feminę, ܢܥܒܩܢ relinquent feminæ, &c. Sed exẽplorum satis est. Habet enim ista res cognitionẽ facillimam, & in tabulis inflexionum proponetur.

DE PVNCTIS, QVÆ TEMPORVM PERSONARVMQ. SVNT SIGNA, ET DE ALIIS VNIVERSE.

QVIA autem in præteritis verborum numero singulari, personæ, nisi vocalibus

ximũ est, vt de eo puncto pauca dicamus, quod plerumq. in bonis certè libris, apud literam Vau, aut suprà, aut subter scriptũ habetur. Igitur cùm sub ea litera positum est punctũ, vocalis quinta, quæ tum perpetuò illic loci auditur, longa est, appellaturq. ܐܘܢܝܐ ܐܘܢܝܐ, hoc est, u longum, vt ܩܘܡ surge. Sin aũt apicul⁹ verticẽ eius literæ insedit, vocalis est breuis, diciturq. ܐܘܢܝܐ ܩܨܝܪܐ, hoc est, v breue. vt ܒܬܪ, intra, introi. At cùm Vau non habet quintam vocalem, neq. silet, sed cum aliis vocalibus consonat, tum nullo eiusmodi puncto insignita est. Verùm quando iste apex ad pronunciationis elegantiam tantummodò pertinet, non magna est in eo, aut ignorato, aut omisso, iactura.

De virgula sub quibusdam literis scripta.

Vt neq. illarũ notarũ ignoratio admodũ damnosa fuerit, quas ܡܫܬܡܫܢܐ ܕܠܘܙܐ Syri appellant; quia illarum literarum propria vox, sub quibus eæ notæ scriptæ cernuntur, occultatur, obuelaturq.; dum dictio illa pronunciatur: non quidẽ certa, aut magna aliqua ratione, sed tacita consensione gentis, & vsu. vt in verbo ܕܟܪ, quod recordari significat, in emendatissimis libris perpetuò virgula sub litera, Ae, ducta videtur, vt intelligamus tam suauiter eam, aut exiliter potius, pronunciandã esse, vt vix audiẽdi sensu queat percipi. Idem fit in nomine ܕܟܪܢܐ, memoria, atq. aliis dictionibus ab illa positione formatis. Similiter in ܐܢܫܐ, in ܐܢܫܢ, in ܒܪܘܙܐ, in ܐܢܫ, homines: in ܪܙܐ mysterium: in aliis quibusdã verbis, iisq. ferè vsitatissimis. sic enim illa dicuntur, vt audias, Rozo, Nose, Datho, Harino, Haroio, &c. Sed ego neq. annumerare omnia possum, neq. admodum opus est, quãdo istam linguam nos discimus, vt bonos scriptores oculis, atq. intelligentia audiamus magis, quàm auribus. Vtuntur autẽ Syri hac etiam nota, qui emendatissimè scribunt, in quibusdam pronominibus, quæ dimidiata proferunt, vt ܐܢܐ ego relinquo. Sic enim hoc Syri dicunt, vt Souekno audias. Et ܫܦܝܪ, pulchrũ est, dicunt Scappiru. Sed ista suo loco dicentur destituuntur, vt etiam Latini. Et proinde difficile est apud istos lõgas vocales à breuibus discernere. Est tamen eius rei ratio posita, quantum coniicio, sicut apud Hebræos in נח נראה, & נח נסתר, vt horũ Grammatici loquuntur, hoc est, in literis aut apertè, aut tectè quiescentibus. Vt illæ breues sint vocales, quarum sonus ilicò à consonantis literæ sono exstinguitur, & cum eo confunditur. Longæ verò, quarũ voces aut apertè, aut tectè à literis, quæ matres vocantur, hoc est, ab Olaph, Vau, aut Iud, veluti sustinentur, diuq. resonãt. verbi gratia, Cùm dico ܐܠܗ, illi, e est longũ, u est breue. Illius enim sonus à nulla consonante impeditus, longiore durat tempore. Huius ilico cum insequentis literæ, Nun, voce confunditur. Sic cùm dico, ܐܝܕ manus, & i, & o, longæ sunt. alterius enim vox à Iud, alterius ab Olaph sustentatur, cùm illę literę prorsus sileant, siue, vt Iudæi loquuntur, quiescãt. At in ܐܝܠ, præsidium, siue fortitudo, i, est breuis, neq. litera Iud silet, sed consonat cum vocali o, quæ ei est adscripta. Nõ posse tamẽ vsquequaq. vocalium longitudinem breuitatemq. apud Syros iis regulis, quæ sunt ab Hebræis de נח נראה, & נח נסתר, præscriptæ, iudicari, certum est. Verùm nõ potuit mihi meus doctor, quãuis sæpe multumq. rogatus, vllam istarũ rerum explicare rationem certiorẽ, quàm vt diceret, in Grammatica definitas esse de iis leges. Sed Grammaticam neq. ipse memoriter tenebat, neque librum quem ex Assyria asportarat, apud se habebat, reliquerat enim Venetiis. Quare nos illiusmodi subtilibus magis, quàm necessariis artis præceptis æquo animo careamus, tãtisper, dum alicunde ea, quam ille dicebat, Grammatica peruulgetur, edaturq. in lucem. Sed de Kusoi & Ruchoch hactenus ea breuiter à nobis dicta sunt, quæ plurimum fieri solent. Neque enim priuilegia in his elementis persequi possumus. Nunc ad alia progredimur puncta.

De pvnctis literæ Vav.

Qvando autem superiorum punctorum tractatione in vocalium longarũ breuiumq. mentionem incidimus, pro-

gere. Quamuis igitur istæ cùm duritiei, tum mollitudinis notæ nõ perpetuò literis, quibus deberent, apponantur; vt sanè apponi rarò solent, nisi si qua est ambiguitas explicanda; tamen qui causas ipsas, quas modò exposui, intelliget, is nõ magnopere illas notas vbiq. desiderabit. Sed iis, quæ modò dixi, hoc quoq. addendum est; istam duritatis notã, siue Kusoi, interdum has ipsas literas non solùm duriore pronunciatione premere, sed geminare etiam; similiter atq. Hebræorũ Dagges. Fit autem hoc, vel ad ostendendam inflexionis formam, vt Psalmo CXXIII. ܡܫܬܚܪܝܢ Mergentes, litera Beth duro signata puncto est, & veluti geminata pronunciatur; quo intelligamus ad secũdam inflectendorũ verborũ formulã, quæ Piel vocatur, hoc verbum pertinere; & proinde actionem significare. Vel ad repręsentandam literã quæ omissa est. veluti cùm à positione, ܠܥܒܕ facimus futurum, ܢܥܒܕ dabo. habet litera Vau in vertice punctũ duritatis, efferturque vt gemina; propter positionis literam Nun, quæ omissa est. Rursus cùm vineam vocamus ܟܪܡܐ Tau durum est, & vt geminum auditur. quia etiam hîc desideratur Nun. integra enim positio est ܟ, deniq. in nomine, ܚܕܬܐ Noua, Tau geminatur per Kusoi. quia Tau positionis excidit. illud enim Tau quod apparet, est ascitũ; vt generis feminini insigne. Præterea fit ista etiã geminatio, vel quia ipsa per se positio anceps alioqui esset, καὶ πολύσημος. vel quia vsu quodam eius vna litera duplicatur, vt in ܣܛܘܠܐ, latibulum, litera Tau; in ܛܪܣܐ clypeus, litera Coph; in ܟܕܒܐ mẽdacium, litera Gomal; in ܟܘܦܐ fauus, litera Coph secũdo loco posita; in ܙܕܩܐ iustus, litera Dolath, semper sunt duræ & geminatæ. Sed satis est talium admonuisse lectores, vt intelligãt, ea cum superioribus nostris legibus non pugnare. Ipsa enim geminatio literam à præcedentis vocalis spiritu afflari non patitur: sed sonoram vocem abrumpit. Hebræi ista & facilius & planius explicãt per vocalium longarum breuiumq. differentiam; quas ipsa figura distinctas habent. Sed ea facultate Syri desti-

vocalis afflãtur spiritu; tũ exiliter exeunt per Kusoi: & Beth vt b, Gomal vt g, Dolath vt d, Coph vt c, Pe vt p, Tau deniq. vt t pronunciatur. Id fit autem, quoties ipsæ in alicuius syllabæ initio positæ sunt, quam non antecessit proximè alia syllaba, quæ vocali terminabatur; sic vt quasi vno spiritu à præmissa vocali, ad insequentem harum literarũ vnam quampiam accedat lector. Sin autem ore, quod iam ante vocalis cuiuspiam spiritu plenũ est, proferendæ sunt; tum ipsę quoq. spiritu illo afflantur; atque, vt loquuntur Grammatici, aspirantur per mollitudinẽ, siue Ruchoch: & Beth, propè vt Græcorum β, Gomal vt gh, Dolath vt dh, Coph vt Græcorum χ, Pe vt φ, Tau vt θ, sonat. Sed adiungam vnũ atque alterum exemplum. Psalmo XXV. scriptũ est, ܠܐ ܬܕܟܪ Non recordaberis. hîc prius Tau est aspiratum à præcedente vocali, qua terminabatur vocula ܠܐ, Lo. alterum verò Tau aspiratũ quoq. est à præcedente in eadem syllaba vocali, siue quia ipsum est syllabę vltima litera. Porrò Dolath habet Kusoi in vertice; duriterq. effertur; quia positũ est in suæ syllabę initio, quam alia pręcessit syllaba, quæ non vocali, sed consonãte terminabatur. Deniq. Coph rursus subiectum habet sibi ruchoch, quia afflatum est à vocali, quę literæ Dolath adscripta, proximè ante Coph audiebatur. Similiter si dicamus ܢܩܛܠ, scribẽtur, prius Tau erit aspiratum à suæ syllabæ vocali præcedẽte, hoc est, quia ipsum est syllabę extremum elementum. Coph verò, cùm sit syllabæ principium, quam nulla pręcedens vocalis proximè afflauit, erit durum. at alterũ Tau ab ea vocali qua præcedens syllaba, ca, terminabatur, afflatum, molle erit: & item Beth, propter vocalem quæ in præcedente syllaba, the, audiebatur. Dicerem planius & plenius; aut certè pluribus propositis exemplis rem nõ prorsus euidentẽ, quasi digito, demõstrarem; nisi iis me scribere ista meminissem, qui Hebræorum Grammaticorũ præceptis, quæ illi de literis istis sex aut duriter, aut molliter pronunciandis prodiderũt, antè satis instituti, hæc omnia facilè possint intelli-

Vocales Syri alijs punctis gracilioresformant. confusionem pariat, vocalium notas gracilitate à ceteris punctis secernunt; quæ pinguiora formant.

De kvsoi, sive dagges, et rvchoch, sive raphe.

In primis igitur illud punctum nobis explicandum occurrit, quo literarum quarumdam sonum nũc molliorẽ, nunc duriorem effici dicebamus. Appellatur autem hoc à Syris, cùm literæ vocem veluti deprimit, atq. aspirationẽ prohibet, ܩܘܫܝܐ; quasi grauitatem, aut duritiem potius, dicas. poniturq. perpetuò in eius literæ, quam premit, vertice. Cùm verò in pronuncianda litera aspirandum esse significat, tum ei subscribitur; nominaturq. ܪܘܟܐ, hoc est, mollitudo. Hebræi illud Dagges vocant, sed in media locant litera; hoc verò Raphe, & virgula supra literam ducta repræsentant. Cùm enim litera Tau ad hũc modum apicem habet in vertice ܬ, exiliter exit, similiter atque Latinorum t, aut Græcorum τ. at si eundem apiculum habeat subiectum, hoc modo, ܬ, tum verò nihil differt à Græcorum θ. Atq. ita de ceteris sex illis literis, quas diximus bifariam sonare, est existimandum. Hæc enim Syrorum puncta, Kusoi & Ruchoch, ad nullas prorsus literas alias adhibentur. quamquam, ego certè, literam Pe, neutro, neq. molli, neq. duro adhuc insignitam vsquam inuenerim. verum, fatendum est enim, pauciores à me libri sunt lecti, in quibus accuratè emendateq. punctorum omnium notæ literis appositæ fuerunt, quàm vt meo iudicio audeam, Pe, ex illarum numero eximere, quas etiam Hebræi duplici voce enunciari tradunt: præsertim cùm meminisse videar, è Syrorum ore sic exire Pe, vt modò Pi Græcorum, modò Phi esse videatur. Solent autem Kusoi & Ruchoch, diuerso etiam à ceteris punctis colore distinguere Calligraphi, vt nullo errore agnoscantur. Verùm enimuerò vniuersa ipsorum, aut supra, aut subter scribendi ratio easdem causas habet, quas apud Hebræos Dagges, & Raphe. Nam cùm literæ illæ, quarum hęc puncta esse propria iam diximus, à nullius premisse vocalis calem dicam, in iis præceptionibus quæ sequentur, ipsum erit, a, intelligendum: cùm secundam, e; cùm tertiam, i; cùm quartam, o; postremò cùm quintam, v. Neque enim Syros probare possum, qui secundo loco, o, collocant, quasi affine ipsi, a. quamquam non nesciam eos, qui Chaldaicæ interpretationi sacrarum literarum, quam Thargum appellamus, vocales apposuerũt, mendosissimè sanè plerumque, nec satis bono cum iudicio, eos, inquam, pro ista quarta vocali vbiq. Iudæorum Kamez scripsisse: nimirum quia illud magnam cum quarta vocali habet affinitatem; &, vt est credibile, primi vocalium notarum inuentores eo nunc pro prima, nunc pro quarta vtebantur; nam etiam nunc quartam vocalem, quoties ea breuis est, repręsentat. Et de vocalibus hactenus. Nunc de aliis punctis.

Nota.

Nota.

De pvnctis syrorvm, sive apicibvs, qvos nvnc ܣܝܡܢܐ nvnc ܢܩܝܕܐ vocant.

Magna vtuntur Syri in libris accuratissimè scriptis, punctorum turba. adeò vt nihil in ea lingua cognitionem habere videatur difficiliorem, atque punctorum omnium ratio. Sunt enim quæ Superiora vocant; sunt quæ Inferiora; sunt Positiones, & Positionum mutationes; sunt narrationum principia, narrationum fines; sunt pausæ, cola, commata; sunt, vt ipsi loquuntur, Cursus finientes, Cursus non finientes. Sunt deniq. interrogandi, demonstrandi, vocandi, imperandi, hortandi, monendi, &, vt semel dicam, nihil nõ faciendi notæ, & signa quædam; sed ne à Syris quidem ipsis hoc sęculo satis intellecta, vt meus mihi præceptor sępe fateri solebat; neq. admodum etiam cognitu necessaria. Nos de istis post aliquid dicemus, si vita suppetet. Eorum autem punctorum obseruationi modò danda nobis opera est in hisce rudimentis; quæ dictionum significationes, numeros, personas, tẽpora, modos deniq. verborũ, nominũq. distinguunt. Sed enim, quando, vt diximus, vocales ipsæ nũc quoq. punctis ferè repręsentantur à Syrorum librariis, ne similium inter se punctorum multitudo

Varia Syrorũ puncta.

Nota.

quinque vocalium inuentæ, aut veriùs, à Græcis sumptæ, notæ. verùm nunc plerique istis omissis notis, voces illas quinque quibusdã punctis indicare malunt. nam pro a, faciunt duo puncta, alterum supra literam, alterum infrà; hoc modo, ـَ, ba. Pro e, duo puncta sub litera, ad instar zere Hebrẹorum: nisi quòd Syri ferè solent dextrum paullo inferius quàm sinistrum collocare, hoc ordine ـِ, be. Porrò pro i, similiter duo puncta sub litera, sed quorum dextrũ paullo altius exstet quàm sinistrum; hoc modo, ـِ, bi. Deniq. loco o, duo puncta sic prorsus supra literam collocata, vt quæ proximè dicebam sub litera, hoc scilicet positu, ـُ, bo. verùm vltimam vocalem, v. vix vnquam inuenias, nisi qua diximus nota depictam; nec ferè nisi supra literam Vau. Sunt tamen qui eius loco puncta duo scribant suprà, contrario situ atq. o, pingebatur; hoc est, vt sinistrum altius emineat, ad hunc modum, ـُ, bu. Sunt etiam qui vnicum esse faciendũ statuant supra Vau. Et hæ quidem sic punctis distinctæ vocales, aliis quàm exposui locis, scribi non possunt. confunderentur enim. at illæ alterę solebant quidem, ̊ & ̊, à veteribus non nisi sub literis collocari; similiter ̊, ̊, & ̊, nusquam nisi suprà. verùm iam promiscuè nunc subter, nunc suprà positas videre est; nimirum vt ipsa scriptura fert commodius. Sed enim vt vno aspectu, quas dixi vocalium formas diuersas cognoscere possis, subijciam eas, tamquam in tabella, coniunctè.

Alia vocalium notæ per puncta factæ.

ـُو.	vel	ـُ	ـُ	ـِ	ـِ	ـَ
bu.	vel	bu,	bo,	bi,	be,	ba,
ـُو.	vel	ـُ	ـُ	ـِ	ـِ	ـُ

PORRÒ prius quàm à vocalibus discedam, monendus mihi lector est, eum me ordinem in illis enumerandis secutũ esse, quem ab ipsa institutũ natura Grẹci Latiniq. tenuerunt. Illa enim pulmonibus proximã vocem, a, collocauit. Deinceps verò paullulum vlterius, versus palatum, e. Mox vlterius etiam, i. Tandem extra dentium claustra, o. Deniq. in vltimis labris, v. Quare cùm primam vocalem roqui à doctioribus vocatur ܦܬܚܐ, ac si apertum dicas; eadem scilicet notatione, qua Hebræi eandem suam vocalem, פתח, nominarunt. Recludit enim hæc vox grauissima primùm cum ore guttur ipsum; in cuius infima extremitate sonans auditur. Secunda repræsentat nostrum e. formaturq. eadem nota, qua Græcorum e-psilon, sed inuersa: hac scilicet, ̊. Appellatur autem à vulgo, Esaias: eadem ratione qua prior illa Abrahamus. Sed eruditiores vocãt, ܙܥܘܪܐ. nimirum quia vox in pulmonibus concepta egeritur iam; & veluti profunditur, neq. coërcetur in imo gutture, vt illa prior. Tertia sonat nostrum i. estq. illa ipsa nota, qua Græci suum Ita, pingunt, sed aliter posita, nempe hoc situ, ̊. Hanc rursus Syri vocant, Isaac: nimirum quia in eo nomine primo loco auditur. Sed à grammaticis doctioribus nominatur, ܡܫܚܐ, à comprimẽdis dentibus videlicet. Ista enim vox iam vsque eò à gutture discessit, vt ad dẽtes pertineat: qui propè consociari debent, vt ipsa plenè dicatur. Quartam, quæ nostrũ o, refert, vulgus Odom, hoc est Adamum nuncupat: est enim eius nominis prima vocalis; pingitur autem vt Græcorum o-micron, sed forma plerumq. oblongiore, qualis est oui, hoc modo, ̊. Literati hanc appellãt, ܐܦܬܐ. quasi erectam, aut sublatam nomines: nimirum quia iam labra attollere incipis, cùm ipsam proferre instituis. Est enim hæc vox à pulmonibus vsque extra dentes progressa. Denique postremam, vt puerorum consulant memoriæ, nominant Vriam. Ea sonat nostrũ v; quæ vocalis Vriæ nomen inchoat; sed eruditiores vocant, ܟܘܒܐ. Quia vltimis labris cohibita pressaque vox, eum sonum repræsentat, qui est huius vocalis. Pingebatur ea primùm vt Græcorum y-psilum inuersum, vnà cum o-micro imposito, ad hunc modum, ̊. Harum enim duarum vocalium coniunctarum illa efficit sonum. Sed nunc faciliore ductu sic ferè formatur, vt Hebræorum Kametz videri possit, cum apposito in latere sinistro interdum o-micro, interdum solo puncto; hoc modo, ̊, vel ̊. Atq. hæ quidem fuerunt primæ à superioribus Syris

Vocaliũ ordo à natura institutus.

riore, nunc molliore sono; sic Syri easdem quoq. bifariam pronunciant. Sunt autem eæ literæ, Beth, Gomal, Dolath, Coph, Pe, & Tau. voco autem duriorem sonũ, quando pressè, nullaque cum aspiratione proferuntur: molliorem verò, quando cũ afflatu anhelantur, vt sic dicam. Cuius rei rationẽ omnẽ mox explicare conabimur, cùm de punctis erit nobis differendum.

DE LITERIS RADICALIBVS ET SERVILIBVS.

RVRSVS vt apud Hebræos, ita & Syros, quædam literæ perpetuò sunt partes earum positionũ, in quibus inueniuntur. Aliæ autem sæpe officij cuiuspiam causa sunt alienis positionibus adiunctæ. & has seruiles vocant. Sunt autẽ seruiles, Olaph, Beth, Dolath, He, Vau, Iud, Coph, Lomad, Mim, Nun, Tau. Qualem autem quæque harum seruitutem seruiat, cùm asciscũtur in alienas positiones, sigillatim dicemus, postquàm vocalium & aliorum punctorum rationes exposuerimus. *Literæ seruiles.*

DE SYRORVM VOCALIBVS, SIVE ܢܩܘܕܐ.

VT prisci Hebræi, sic Syri quoq. primùm notas vocalium nullas habuerunt, cùm satis per se constaret inter omnes, qua queq. syllaba voce esset efferenda. Et propterea neq. etiam nũc alterutri, nisi in sacrorum librorũ scriptura, vllis ferè vocalium figuris vtuntur. Sunt ergo, quas nunc vtriq. habent, notæ, posterorum inuenta; qui hoc linguis suis subsidium compararunt; ob hoc potissimum, ne diuina oracula, quæ iis prodita habebant, incerta essent. Et Syri quidem primùm vnico puncto voces omnes repręsentabant, quod supra literas positum significabat a, o, vel v; subter verò, e, vel i. post autem à Grecis suarum vocalium figuras mutuati esse videtur; quas quinq. habẽt; nimirũ quot ipsa natura plenissimas homini voces dedit. Earum prima sonat, a, prorsus vt Hebræorum Patah: estq. facta ad similitudinẽ Græci alpha, hoc modo ܐ. Illi Abrahamum vulgò appellant, puerilis memoriæ causa posito celebri per se nomine; cuius ea est prima vocalis. Ceteroqui *Syrorũ vocales quinq. & singularum nomina.*

vna est. Quòd enim Syri literam Vau, quoties est in syllabarum initiis, sic efferunt, vt nos Germani geminatũ v, faciunt hoc assuefacti lingua Punica; qua propè vniuersus oriens vulgo vtitur. Porrò ad ipsas literarum figuras quod attinet, cùm Dolath & Risch admodum inter se similes essent, sicut etiamnum apud Iudæos esse videmus, errorem quem ipsa creabat similitudo, omnibus eripere vulgus volens, tacito quodam cõsensu, ipsi quidem Dolath subter, Risch verò suprà adscripsit punctum. Insuper, quò magis elegans appareret scriptura, literas Coph, & Nun, quoties vltima dictionum pars essent, extenderunt in longum, ceteroqui incuruatas. Quin cornu quoq. inferius literæ Mim, cùm ea finem occupauit, non protendunt versus insequentes literas; sed deiiciunt. pręterea brachia Lomad, & Ae, nunc deducunt, nunc propè consociant, prout aptior connectendarum literarum ratio postulat. Deniq. dum verba formant, ipsa inter se elementa pingendo ita colligant, vt partim cum præcedentibus apta hæreant, alia cum sequentibus; quędam cum vtrisque; nonnulla etiam cum neutris. Sed ista omnia, quia inspectando scripturas melius, quàm audiendo præceptiones, cognosci possunt; pergam ad alia: vbi prius monuero, Syros non à dextra ad sinistram versus ducere manum, vt Iudæi faciunt, cùm scribunt: sed eam cum calamo ex aduerso positam, sensim ad se, per transuerso situ collocatam chartam reducere: propterea quòd sic commodius, aptiusq. ipsorum literæ formentur. ceteroqui legendi rationem prorsus eandem esse, quam Hebræi tenent. Planè enim sic Syrorum inter se literæ coëunt, consociantúrque in syllabas, vocalibus extrinsecus appositis tamquam animatæ, vt Hebræorum. Porrò si quid præterea peculiariter, in quibusdam aut literis, aut syllabis pronuntiandis obseruant Syri, id suo quodq. loco dicetur vtilius. *Litera Vau.* *Figuræ literarum.* *Dolath & Risch.* *Coph & Nun.* *Mim.* *Lomad & Ae.* *Literarum colligatio.* *Syri quomodo scribant.*

DE LITERIS, QVÆ BIFARIAM SONANT.

SED enim vt Hebræi sex habent literas, quas duobus modis efferũt; nunc du-

GRAMMATICA
LINGVÆ SYRICÆ.

Talmud, Sanhedrin capite 2. pag. 21.

PRODITVM LITERIS est à Talmudicis, ea elementa, quibus Iudæi iam olim in scribendo vtũtur, non esse priscorũ Hebræorum elementa, sed Assyriorum. Ezdram enim, cùm de exsilio Babylonico reuersus in Iudæam, dispersa dissipataque, ac iam tum sensim exolescentia oracula illa diuina instauranda sibi in primis esse putaret, ipsas literas, quibus ea antè scripta fuerant, mutauisse; Assyriisq. vsum literis esse: quòd has Israëlitæ eo sæculo callerent; vt quas in exsilio didicerant: patria autem elementa plerisq. omnibus in obliuionem venissent. vel quia etiam veterum Hebræorum quàm Assyriorum operosior erat scriptura. Hoc enim sanè sic se habere, ostendunt priscorum sicli, qui in ruderibus reperiuntur, Hebræorũ antiquis inscripti literis: quorũ ego vnum apud me habeo. Fuit ergo aliquãdo tempus, cùm istæ, quas depictas à me vides, literæ Syrorum, ab illis quibus nunc Hebræorum lingua scribitur, nihil different. At enim elegantioris illi formæ characteres, quibus Ezdræ sæculum vtebatur, in sacrosanctis diuinæ scripturæ monimentis, quòd ea semper sint à paucis, & religiosè, tractata, facilè conseruati sunt. sed vulgus eos assiduo scribẽdi vsu, vt fit in præcipiti celeritate, paulatim demutauit nonnihil: atque ad faciliores ductus accommodauit. Itaq. factum est, vt rursus aliæ Hebræorum, aliæ Syrorum literæ esse videantur. quod etiam diuus Hieronymus scripsit. Nemo tamen, qui vel leuiter aspiciat, non facilè animaduertat, alteras ex alteris esse natas. Quapropter superuacaneum fuerit, si ego hîc de istarum Syricarum pronunciatione literarum multis differam: cùm iis ista scribam, qui Hebraicis institutionibus sunt antè eruditi. Nam vt literæ vtriusq. linguæ sunt, quod modò dixi, prorsus geminæ, ita & ipsarum pronũciatio eadem

Hieronym. præfat. in libros Regũ.

Pronunciatio.

SYRI LITERAS HABENT VIGINTI DVAS: QVAS ET QVOT *Iudæi. Quarum nomina & figuræ cùm maiusculæ, tum expeditiores ex subiecta tabula cognosci possunt.*

LITERÆ EXPEDITIORES, *quas Currentes vocant.*



lonijs Israelitæ didicissent, tamen sermone Hebraico inde à cunabulis assuefacti, peregrinã linguam in patria sic suis casibus vbiq. conseruare non potuerũt, vt non ipsam multis modis ad patriæ, hoc est, Hebraicæ normam accommodarẽt. Itaq. ex illo sermone quem à Chaldæis accepérãt Israëlitæ, cùm eũ ipsi, vt dixi, plurimũ casibus terminationibusq; mutauissent; & multa insuper Græca vocabula admiscuissent; (vt erat in sequentibus temporibus, apud plerasq. nationes, Græcorũ lingua in multo vsu;) effecta est ea lingua, quæ nõ modò à nostris hominibus, sed ab illis quoque, quorũ propria est, Syrica vocatur. Habes ergo paucis Syricæ linguæ ortum. Qua cùm Christus Dei & Mariæ filius, eiusq; discipuli, quippe vernacula, in Iudæa primũ Israëlitis sacrosanctũ Euangelium patefecissent, peruulgassentq; ; pleriq. omnes deinde Christiani homines, qui illa, atq. vicina circumquaq. loca incolebant, eadem vti cœpere, ad sacra illa salutaris doctrinæ monimenta tum conseruanda, tũ posteris prodenda, atq. etiam explicanda. Fueruntq; proinde longo tempore Syrorũ Christianorũ cœtus celeberrimi & frequentissimi: quamquam ferè in Græcis semper sint annumerati à nobis, qui ad Occidentem habitamus. Doctissimorũ igitur hominũ studio, quales apud illos multi vixêre, & scriptis libris floruêre, breui vsq. eò expolita est illa lingua, vt nõ minus scitè vocalibus notis, punctisq; alijs, quæq. eius literæ, syllabæ, verba; deniq. verborum casus, numeri, personæ, tempora, genera notata, atq. distincta, & illustrata sint, quàm in Hebræa lingua factum est ab excellentissimo ingenio viris illis, qui auctores Massoreth, hoc est, traditionis, vocãtur. Quare si quis mediocri præditus ingenij perspicacia; tum ab emendatissimis libris, atq. etiam ocio instructus, eas rationes sibi quærendas, inuestigandásq. esse statueret, quas secuti sunt illi, qui sic, vt dixi, verba singula appositis suis notis explicarunt; na ille posset; & quidem non nimis multa in eam rem consumpta opera; Syricarũ literarũ artem omnem certissimis regulis atq. præceptis cõcludere. Sed vt Iudæi, ita Syri quoq. accuratissimo illo scribendi genere in sola sacrorum librorũ scriptura vtuntur. atq. vtinam etiam vsus fuisset ille librarius, qui in vrbe Mozal ad flumẽ Tigrim exemplar illud Noui Testamenti scripsit; de quo id optimi & benignissimi Cæsaris Ferdinandi liberalitate, & Mosis Mardeni industria typis est expressum, quod vnum nos habemus: ego certè perfectiora Grammatices præcepta obseruatione diutina animaduertere, atq. notare; & per otium tandem conscribere potuissem. Nunc autem veniam iure postulare videor, si nimis rudia hæc rudimenta, atq. inchoata, aut etiam manca, tibi mitto; qui præter talium librorum accuratissimè atq. emendatissimè scriptorum penuriam, quæ maximè impedior, neq. facultate insuper vacui, atq. liberi temporis, neq. ingenij vbertate affluo: neq. vllius hominis, quæ sequar, vestigia, hac in re ante me video. Sed exstat à Syris ipsis conscripta Grammatica. eius exspectatione desiderium absolutioris doctrinæ poterunt lenire ij, in quibus est istarũ rerum studium. Spes enim est, eam aliquando prodituram in lucem. Nam Moses Mardenus, cùm ipsam, & simul Dictionarium, vt vocant, Syricorum vocabulorum ex Assyria secum asportasset, Venetijsq; reliquisset, & proinde mihi, qui ipsum Romæ priuatim interdũ audiebam doctorem, eorum librorũ copiam facere nõ potuisset; pòst Romam Viennam profectus, Ioanni Alb. VVidmanstadio vtrumq. descripsit; vt mihi suis literis significauit. Cùm igitur, vt audio, VVidmanstadij libros omnes, sanè nõ vulgares, Illustrissimus Bauarorum Dux sibi redemerit; non faciet opinor ille tantus Princeps, & ad rem literariam iuuãdam propensissimus, vt tam raros libros in priuata sua bibliotheca situ perire patiatur. Vale vir & literis, & pietate ornatissime. Et si hac mea lucubratiuncula minimè perfeci quod institui, magnam culpæ partem in te ipso esse existimato; qui et nimis breui, & minimè vacuo tempore mihi hoc oneris per Plantinum nostrum imposuisti. Iterum vale. Idibus Martijs CIↃ. IↃ. LXX. Zeuenera.

D. BENEDICTO ARIAE MONTANO THEOLOGO DOCTISS.

PIISSIMOQ. ANDREAS MASIVS S. D.

ETSI exacta iam hieme, quam anni partem priuatis meis studijs liberius semper impendere possum, ad alia atque alia continuò negotia accersar, doctissime Aria: & alioqui bimestre tẽpus, quo meam istã operam inclusistis, breue nimis esse iudicauerim; tamen vt tui desiderij exspectationẽ conarer, quoad eius facere nunc possem, explere; eò facilius me impulit magnis suis precibus, & mirifica obtestatione Plantinus noster, quòd ea desiderare te intelligerem, quæ aliqua ex parte vtilia fortassis forent ad absoluendum perficiendumq; immortale illud opus edẽdæ multis linguis sacræ historiæ: quod opus tua procuratione, quæ tibi à Catholici Regis Maiestate est cõmissa, Plantini verò industria singulari iamdudũ sub prelo versatur; & propè ad vmbilicũ, vt audio, est ductum. Detraxi igitur per superiores hosce dies singulos aliquid tẽporis, non quidem alijs meis negotijs; neque enim id officium, quod Illustriss. principi meo debeo, patiebatur; sed mihi ipsi: & quæ aliquando hîc, illic, obseruaram, atq. annotaram, dispersaq; habebam; ea succisiuis operis contraxi, atq. ratione quadam constrinxi, & ad artem, vt cursim potui, redegi. Vtinam verò ex hoc meo qualicumq. labore tantum capiant homines istarũ rerum studiosi fructũ, quantum ille mihi attulit tædium. Inuitissimè enim atq. fastidiosissimè in hoc scribendi genere versatus sum. Sed vt linguæ Syricæ originem, cuius literarum cognitio hoc meo opusculo tractatur, paullo altius repetam: Sermonem Hebraïcum fuisse eum, cuius communione primos homines inter se iunxerat optimus parens Deus, tam confessa iam olim apud doctos viros res est, vt refelli non mereantur, qui ingenij ostentandi gratia magis, quàm pro sua ipsorum existimatione, nescio cui linguæ principatũ dare audent. Illũ autem sermonem post linguarum confusionem mansisse apud Semitas, significasse, mihi quidem, Moses videtur, cùm diceret; Sem fuisse parentem omnium filiorũ Heber. Nemo enim nescit ab Heber nomẽ habere Hebræos. Cùm porrò apud istos nimis facile, atq. etiam tum viuo Sem, exolesceret auita religio, ille maiorum melior sermo simul paullatim corrumpebatur, deprauabatúrq. Quod fieri etiam ante Abrahami ætatem cœptũ erat. Iam tum enim colebãt isti deos alienos, vt est in Iosuæ historia scriptum. Sed hic, cùm cælesti inflatu, tamquam manu iniecta, è superstitionibus patrijs esset exemptus, atq. ad colendam illam sanctiorum parentum pietatem religionemq. reuocatus, linguam quoq. ipsorum, quam vt primam, ita optimã esse intelligebat; constanter sibi putauit esse retinendam. Itaq. ceteri, vt more maiorũ suorum purè Deum colere, ita & purè illorũ more loqui, nõ diu post, desiere; proq; Hebræo sermone, Chaldæo vti cœpere. Cui rei satis magno argumento sunt Labanis illa verba, יְגַר סַהֲדוּתָא, quibus ille vtebatur, cùm tumulũ testimonij dicere vellet. At Abrahamus, eiusq; posteri Israelitæ, Hebræum, vnà cum auita religione retinuerunt vsq. adeò firmè, vt ne in Aegypti quidem annorum plus quàm ducentorum exsilio, vel longa consuetudine & familiaritate barbarorũ, vel seruitutis duritate eum amitterent. Porrò cùm hi ob sua scelera, quæ post Dauidis imperium, & Solomonis, veluti quodam probæ religionis fastidio, indies maiora patrabãt; in Babyloniam tandem captiui essent abducti, cõtinuò huius gentis sermonem, hoc est, Chaldaicum, tam sunt cupidè amplexati, vt cùm nõ ferè pluribus quàm septuaginta illic annis mansissent, eum deinde, in patriam reuersi, perpetuò pro vernaculo vsurpauerint: cùm Hebræum interim, quòd eo & Lex ipsa, & sacra omnis historia, atq. vaticini libri, ac alia insuper præclara doctissimæ antiquitatis monimenta essent conscripta, soli sacerdotes, & præter eos alij homines qui literis studebant, rerumq; optimarum cognitioni sese dabant, vtcumq. conseruarent, & in ludis literariis eo pueros ad literas destinatos excolerẽt. Sed enim quamuis Chaldaicè loqui à Babylonijs

Genes. 10. vers. 21.

Iosu. 24. v. 2.

Genes. 31. v. 46.

A 1 h 2 e

GRAMMATICA
LINGVAE SYRICAE,
INVENTORE ATQ. AVCTORE
ANDREA MASIO:

OPVS nouum, & à noſtris hominibus adhuc non tractatum: quod laborioſa animaduerſione atq. notatione vocalium, aliorumq. punctorum Syricorum, quibuſq. dictionibus in optimis emendatiſſimiſq. libris appoſitorum ille nuper compoſuit.

PSAL. LXXI.

ܟܬܝܒ ܡܙܡܘܪ ܕܠܫܠܡܘܢ ܡܢܗ ܕܗܘܐ ܐܝܟ ܕܡܫܝܚܐ ܠܡܠܟܐ

PSAL. XCIV.

ܠܡܐܬܝ ܕܢܬܚܢܢ ܒܠܒܐ ܕܒܪܢܫܐ ܘܒܠܫܢܐ ܕܡܠܠ ܠܡܫܡܥ ܠܟܠܗܘܢ



ANTVERPIAE,
Ex officina Chriſtophori Plantini,
Regii prototypographi.
M. D. LXXI.



Hoc *Syro-Chaldaicum M. Guidonis Fabricj Lexicon poterit ad Reipub. Christianæ vtilitatem imprimi. 7. Decemb.* 1570. *Louanij.*

Auguſtinus Hunnæus.

C. R. Goudanus.

I. Harlemius.

תַּרְקָא & תַּרְקִי Tussagetarum, id est, Turcharum regio. Gen.10. in Tharg. Ierosolymit. & in Ber.rabb.cap.44.

Secundò תַּרְקָא est Genus vasis. in Aruc. & Achates lapis preciosus. Exod.28. in Tharg. & in Ber.rabb.cap.12.

תַּרְיָק Theriaca. de quo suprà. תַּרְקַב Duo cabi. dictio composita ex תְּרֵי Duo, & קַב Cabus, mensuræ genus. in Ber. rabb.cap.15. תּוּרְקִין Cancelli, fenestræ. Prouerb.7.

תּוּרְקְלִינָא Triclinia. in Vaic.rabb.cap.16. תַּרְקוּשׁ Genus est vasis. in Aruc.

תָּרַד est שוטה ומורד ריר Stultus & deiiciens saliuam. in Aruc. תַּרְיָתָא idem quod תואר vel מראה Forma, aspectus. in Aruc. תַּרְתָּק idem quod חמור Asinus. in Aruc. תִּירוֹשׁ Mustum, vinum recens adhuc feruens. תַּרְשִׁישׁ Nomen filij Iauan, & pro Mari accipitur. item pro Auro & Lapidibus preciosis.

תָּשׁ & תָּשַׁשׁ Elanguit, debilis seu infirmus fuit. 3 Reg.1. in Cõment. Kimchi. Et in passiuo אִתְּשַׁשׁ Debilitatus est. in Zoh.col.287. in Gen. Inde תָּשוּת & תְּשִׁישׁוּת Debilitas, infirmitas. Thren.1. & in coniugatione Poel quadrata תּוֹשֵׁשׁ Debilitauit, consternauit, concidit. vt אֲתוֹשֵׁישִׁינוּן Concidam Deos Psalm.117. Inde תָּשׁוּשִׁין & תְּשִׁישִׁים Debiles, infirmi. in Bereschrabb.cap 20. תַּשְׁוָיָא idem quod משכב Cubile. Prou. 22. radix est שְׁוָא suprà. & תַּשְׁוִיתָא ponitur pro מרבדים id est, Peristromata. Proueib.31. תַּשְׁוִית Sinus, seu medium. Ezec.43. תְּשׁוּאוֹת Tumultus, desolationes. תַּשְׁיְתָא Lex, sapientia, essentia. Iob 30. תּ״שׁ in Rasse tevoth valet תָּא שְׁמַע Veni, audi. in Doctrinale. תִּשְׁבִּי Thisbites, cognomentum Eliæ prophetarum principis. 2 Sam. 17. Quam vocem explicat Elias Germanus in Dictionario quod de hoc nomine vocauit Thisbi, eo quòd 712. dictiones ibi explicauit, quem numerum constituunt literæ תשבי. vide ibi.

תְּשַׁע & תִּשְׁעָא Nouem. Ios. 13. & 15. in plurali תִּשְׁעִין Nonaginta. תִּשְׁרִי September, primus Hebræorum mensis, circa æquinoctium autumnale initium sumens, propriè responder partim Septembri nostro, partim Octobri. Psal.80. In eo dicunt secretiores interpretes conditum fuisse mundũ, proinde dictum fuisse תשרי, per metathesin רשית Principiũ. in Tikun hazohar. תַּשְׁנִיק Insania. in Bereschith rabb. capite 37.

תּוּת & תוּת idem quod בכא Morus arbor. in Ber. rab. cap. 22. in plurali תוּתִים in Comment.

תּ״ת in Rasse tevoth valet תַּלְמוּד תּוֹרָה Disciplina & studium Legis, quod dicunt in Tractatu מְגִילָה cap. 1. longè maius haberi ædificatione Templi. Citat R. Simeon 2. cap. Ezræ. valet & תַּלְמִיד תּוֹרָה Discipulus legis. Sic enim interdum se appellant, vbi alij ר״ח, longe augustius & insigniùs putantes Legis esse discipulum, quam sapientum. Item תִּתְיָה Minus. & תּוּתֵי Sub. in Aruc.

תּוּתָר Pannus vetus consumptus. Item Impedimenta illa quibus pedes equorum constringuntur, quo assuefiant ad suauiter ambulandum. Est etiam Lana pecudis, quæ abscinditur à loco stercorario. in Aruc.

תַּתְרָנִית Defectus olfaciendi.

תִּיתוֹרָא idem quod גשר Pons. in Aruc.

FINIS.

תַּרְנֵתֵק Duplex vagina, in qua artifices ponunt sua instrumẽta. aliâs תַּרוּנְתֵּק. in Aruc.

תַּרְסָא & תַּרְסִי Aluit, nutriuit, pauit, cibauit. Matth. 6. & Act. 13. inde תּוּרְסָא Alimonia, cibus, victus. Act.14. Secundò תְּרַס Irritauit, & in despectum fecit. in Schem. rabb. cap.44. Item תְּרִיס idem quod צנה Scutum, clypeus. vnde נָטִיל תְּרִיסָא Scutifer. 1 Reg. 17. 4 Reg.19. & Psalm.3. in plurali תְּרִיסִין Clypei, scuta. Iud.5. item תְּרִיסִין sunt Angeli tam corruptorij, quàm habituarij. in Zohare. רצועה של סנדל est תַּרְסִירָת Corrigia calceamenti, quæ Arabicè dicitur שארך. in Aruc. & תַּרִיס Gibbosus. in Aruc.

תְּרַע Primò Diruit, destruxit. Gen.46. Exod.34. & Iud.2. Inde תּוּרְעָתָא Fractura, destructio, diuisio. Iudic.21. Item תְּרַע תּ״ר Syriacè, Erupit, vt דִּיתְרַע דְּמָא Cuius eruperat sanguis. Lucæ 8. Secundò תְּרַע תּ״ר & תַּרְעָא Porta, ostium. Genes.6. Exod.26. & Ezech.48. in plurali תְּרָעִין Portæ. ibidem Ezech.48. Inde תַּרְעָא תּ״ר Ianitor, ostiarius. Marc.13. & תַּרְעָא Ianitores. Ezræ 7. item Ingeniosi artifices. 4 Regum 24. & תַּרְעִיתָא Cogitatio, à רְעָא Prou.1.& 24. & תַּרְעָא Aestimatio. Psalm.12. in Midr. תּוּרְעָמָה Murmuratio, querela, à רעם suprà.

תְּרַף Exprobrauit, probris affecit, derisit. Inde תּוּרְפָּתָא Opprobrium, derisio, Psalm.44. & in passiuo אִתְּרַפְּרַפָּא Irrisit, subsannauit. in Zoh. & תּוּרְפָּא Turpitudo. vt בֵּית בית עבודה זרה תַּתְרַפָּא est Domus idololatriæ, fanum idolorum.

חֲתַן & אִתְחַתַּן, in hac enim inflexione tantum vsitatum reperio, significat Affinitatem contrahere, generum fieri, cōnubio iungi. Gen. 34. Deut. 7. & 3 Regum. 3. Inde חָתָן & חֲתָנָא Sponsus. Isa. 61. & 1 Reg. 18. In plur. חֲתָנִין Iere. 7. Generi. Vnde Elias, קורין לאיש בשבעת ימי משתה חתונתו חתן ואשתו כלה שנאמר יצא חתן מחפתו וכלה מחפתה ואחר כך הוא לא נקרא חתן והיא לא נקראת כלה רק לאבי ולאם חתן והכלה והזיווג שעושין בין איש לאשתו נקראו חתון ובלשון רבו"ל נקרא שדוך במו שאבאר בשרשו ואבי חתון והכלה נקרא זה לזה מחתן ואף שאל הקרובים נקראים מחתנים בלא"ז שוועגר ובלעז קונ"ארי: Vocat, inquit, virum quempiam per septem dies conuiuij nuptiarum eius חָתָן & vxorem eius כַּלָּה vt dicitur Ioel 2. Prodibit sponsus de thalamo suo, & sponsa de cubiculo suo. Cæterùm postea nec ille vocatur חתן Sponsus, nec ipsa dicitur כלה Sponsa; præterquam patri ac matri ipsius sponsi & sponsæ. Cōnubium verò quod fit inter virum & vxorem eius, vocatur חֲתוּן, & lingua Rabbinica שִׁדּוּך dicitur, sicut explicabo in radice sua. Pater autem sponsi & sponsæ se mutuò מְחוּתָן vel מְחָתָן Affinem nūcupant. Cæteri verò propinqui vocantur מְחָתְנִים Affines, necessarij. Germanicè Schwager/ Italicè *Conyado*. Hæc in Thisbi.

חָתַף Rapere, auferre, tollere, idem quod חטף per Teth. Iob 8. tam in Hebræo quàm Chaldæo. Aben Ezra Disperdere, pessundare, exponit.

חָתַר Primò significat Perfodit, perforauit. Ezech. 8. & 12. & Iob 24. vt & Hebraicè. Inde מַחְתָּרְתָּא Ligo, fodiendi instrumentum. Ier. 2. & Exo. 20. Elias ibi legit מַחְתָּרָא, Complut. & Ven. מַחְתַּרְתָּא. R. autem Schelomoh Effossionem, id est, fodiendi operationem exponit: alij Foueam.

Et חֲתִירָא in forma emphatica חֲתִירְתָּא Pala, instrumentum rusticum. in Vaic. rab. cap. 30. Secundò חֲתַר & אִתְחַתַּר Syrè, significat Superbire, inflari, turgere, intumescere. 1. ad Corinth. 4. Inde חָתִיר Superbus, tumidus. Luc. 1. & in plurali חֲתִירֵא Tumidi, inflati, Græcè ὑψηφάνοι. ad Rom. 1.

חַתִּירוּתָא Tumor, superbia. 2. ad Corinth. 12.

LITERA TETH.

ט

טֵית Nona Alphabeti litera, propriè Declinationem significat, per metathesim תֵּיט, vt vult Reuchlinus. Caninius Inuolucrum vertit. Nunquam ancillatur, sed semper essentialis siue radicalis est. In numeris valet 9. Et sic ט̊ vel sic ט̊ valet 9000.

טָא Scopa, & מַטְאֲטֵא Scopæ. à quo verbum טְאָטֵא Scopare, scopis purgare, verrere. Hebræum est.

טָאַב Gauisus est, exhilaratus est, bono & iucundo animo fuit R. Sahadiah, Bene fecit. Daniel. 6.

טְאָטְרוֹן Theatrum, dictio Latina, locus publici spectaculi. Cantic. 1. in Midr. טִיאָטְרָאוֹת Theatra. Esther 1. in Midras.

טָאֲלֵי Iuuenes. in exempl. Ven. corruptè. Psalm. 37. rectiùs itaque cum Elia & Complut. codice scribo טָלֵי Puer, iuuenis. vide טל. טָאֲנִים Nomen vrbis in Aegypto, quæ Hebraicè dicitur צוֹעַן. Isa. 19. Numer. 13. Ezech. 30. & Psalm. 78. Arue & Elias cum exemplari Complut. legunt sine Aleph טָנֵס, quanquam Elias codices esse ait, in quibus cum Aleph reperiatur.

טָאִים Volans. infrà in טס.

טָב atque טָבָא Bonus, vtilis, probus. Iudic. 11. Dani. 2. & 1 Regum 16. Plural. טָבִין & טָבָיָא Boni, læti. 1. Regum. 25. & Ioel 4. טָבָא quoque Bonum siue bonitatem significat. Gen. 50. idem טַבְתָּא 1. Regum 24. sed aliàs Bona est, vt אַרְעָא טַבְתָּא Terra bona. Ios. 23. In plural. טַבְתָּא & טוֹבְתָּא Bonæ, pulchræ. Gen 41. Ier. 24. Ibid. טָבָן & Deuter. 6.

& טוֹב

cantur ab Hebræis, & ita vocat eos Ionathan 1 Reg. 2.) Diuus autem Hieronymus Legatos interpretatur. חוֹשֶׁן Pectorale, rationale, ornamentum pectoris summi sacerdotis, ex serico & lapidibus preciosis confectum, in quo erant Vrim & Tummim, hoc est, Splendores & Perfectiones, seu integritates, cum quibus summus Pontifex futura præuidebat & vaticinabatur, ac ius dicebat. Exod. 28.

חִשֵּׁק Ligauit, strauit. 2 Regum 19. אִתְּנָן דְּחִשְׁקָן בְּכָל מִינֵי צִיּוּרִין Asinæ phaleratæ omnimodis figuris. Iudic. 5. & חֲמָרִין חֲשִׁיקִין Asini strati. 19. eiusdem.

חִשֵּׁר Excussit, eiecit, per cribrum adegit. Psalm. 18. in Midras.

חַת siue חֲתַת ordinis duplicatorum; primò significat Carpere ignem, tollere prunas de igne. Isa. 30. & Prouerb. 25. Inde מַחְתִּיתָא Thuribulum, acerra. Leuit. 16. & Num. 16. מַחְתִּיָּן & מַחְתִּיָּת Acerræ, thuribula. ibid. Secundò significat Terere, contundere. sed Hebraicè.

Item חִתִּיתָא Syriacè Accuratam sonat. vt עִם עִיקְבָא חִתִּיתָא Cum disquisione accurata, exactáue. in Typographico epilogo noui Testamenti Syriaci. Item חַת significat Vtrem: & cerebri panniculum. in Aruc. Significat etiam Descendere, sed tunc radix est נחת ordinis defectiuorum in prima. חוּתְמָא idem quod κνηθμός, Pruritus. 2. ad Timoth. 4.

חָתַךְ Incidit, statuit, decidit, determinauit. Daniel. 9. Et אִתְחַתַּךְ Decidi, statui, decerni. Esth. 4.

Inde חֲתִיכָא Portio, intersectio, tomus. Et קַו חוֹתֵךְ Linea intersecans. קוֹל חָתוּךְ Vox intercisa. & חֲתוּכִים Excisiones, decisiones. in Commentariis. De qua voce Elias, זה השורש לא נמצא רק פעם אחת נֶחְתַּךְ עַל עַמְּךָ פירוש נגזר שהוא לשון כריתה ולז"ל שמשו בו הדבה כגון לא יַחְתּוֹךְ אֶת רֹאשׁ בַּת אַחַת והשם חתך או חתיכה בלשון אשכנז איין שניט או איין שטוק ובלעז פעץ או טאלי"ו: Hæc radix, inquit, non inuenitur (in Bibliis) nisi semel. Dan. 9. (Hebdomadæ 70.) determinatæ sunt super populum tuum. vbi idem valet quod גזר seu Decretum ac decisum est. At Rabbini, bonæ memoriæ, illud frequenter vsurpant. vt, Non præscindat caput vna vice. Indè & nomen deducitur חֵתֶךְ aut חֲתִיכָה. Germanicè Ein schnit/ vel Ein stuck/ Italicè *Pez o Taliio*. In Thisbi.

חֲתָל siue חוּתְלָא Canistrum ex ramis palmæ confectum. in Vaic. rab. cap. 10. Item חֲתוּלִין ponitur pro חוֹחִים Spinæ, tribuli, vrticæ. Oseæ 9. & Isa. 34. sed, teste R. Schelomoh, & R. D. Kimchi, Chaldæus paraphrastes per חֲתוּלִין quæ pro חוֹחַ & קִימוֹשׁ Spina & vrtica ponit Oseæ 9. intelligit Bestias, feles, & genus quoddam locustæ, quæ quòd longa crura habeat, קִרְסוּל vocetur. forsan est animal illud quod Græci ὀφιόμαχον vocant, cum enim longis cruribus depingitur à Philone Iudæo. Elias quoque in hoc loco חֲתוּלִין, Germanicè Mirkatzen; Cercōpithecos; id est, Maris catos interpretatur. חָתוּל significat etiam Felem, murilegum, vulgò dicitur Catus. in plurali numero חֲתוּלִין Feles. Isa. 13. De quò Elias, כל הולך על כפיו פירש רש"י כגון דוב ונמר וחתול בלא"ז קאט"ז ובלעז קאטו ונוחגים אנחנו לומר חתול החיות פתוחה והתיו דגושה ודאוי לקרא אותו חתול החית בקמץ וחתיו רפויה והראיה כי כן ופגשו ציים את איים הרגום חתולין חחות בחטף פתח והתיו רפוה: Id est, Quicquid ambulat super manus vel palmas suas. Leuit. 11. ibi R. Schelom. Iarchi exponit veluti Vrsus, & canis, & חָתוּל Catus. Germanicè Katz, Italicè *Cato*. Nos dicere solemus ח חָתוּל cum patach, & Thau habente daghes. Sed satius fuerit vocari חָתוּל Cheth cum cametz, & Thau affecto raphe siue leniter prolato. Quod ita esse apparet ex illo Isaiæ 34. Et occurrent sibi (bestiæ) sylueſtres & insulares. vbi Thargum habet חֲתוּלִין Cheth cum hateph patach, & Tau raphato. Hæc ille in Thisbi. Et in Commentariis חָתוּל אוֹכֵל עַכְבָּר Catus comedit murem.

חָתַם vt & Hebraicè, significat primò idem quod סמן Signauit, obsignauit, sigillauit. Canticorum 4. & Ierem. 32. In tertia persona fœminea חָתְמַת Obsignauit. 3 Reg. 21. Inde חֲתִיכָה Sigillatio, obsignatio. & חוֹתָם vel forma Syrica חוּתְמָא Sigillum, annulus signatorius.

Idem חֻתְמָא Syrè, Signaculum, obsignatio. in lib. Rit. Seueri Patriarchæ. In passiuo אִתְחַתַּם Signari, imprimi, excudi. vt in Typographico epilogo quatuor

R. Schelomoh, R. Sahadiah, & D. Kimchi, Non anxij ſumus. Dan. 3. & ſic illud Ezr. 6. וּמָה חֲשָׁחַן Et quod erit eis neceſſarium, vel cuius erunt ſoliciti. חֲשָׁחוּת idem quod צְרוֹכוּת Neceſſitas, neceſſarium, vel requiſitum. Ezr. 7.

חֲשַׁח Syriacè ſignificat Aptum eſſe, & accommodatum. Luc. 9. In paſſiuo אֶתְחַשַּׁח Vſurpare, vti. ibid. vt: וְאִתְחַשַּׁח קֶנְטֻרוֹנָא בְּמַרְחֲמָנוּתָא לְוַת פּוֹלוֹס Et vſus eſt Centurio miſericordia erga Paulum. Act. 27. Vbi in Græco eſt, φιλανθρώπως τε ὁ ἰούλιος τῷ παύλῳ χρησάμενος, Et Iulius humaniter tractato Paulo. vt vertit Eraſmus. חֲשַׁחְתָּא Vſus. Lucæ. 9. & alia forma חוּשְׁחָא Vſus. 1. ad Timoth. 3. cap.

חֲשַׁךְ Tenebreſcere, obſcurari. vt & Hebraicè, Iob 18. & Thren. 4. וַחֲשׁוֹכַת אַרְעָא Et obtenebrata eſt terra. Exod. 10. In Aphil אַחְשִׁיךְ Veſperare, iam tenebris ingruentibus venire. 1 Regum. 17. Inde חֲשׁוֹכָא Tenebræ. Gen. 1. Idem חָשִׁיךְ Iſa. 29. in Venet. non bene. meliùs Complut. חָשׁוּךְ vt multis aliis in locis. Secundò metaphoricôs ſignificat Pauperem fieri, ad penuriam & egeſtatem redigi. Inde חָשׁוּךְ, Aruc חָשִׁיךְ & חֲשׁוֹכָא Obſcurus, pallidus, pauper, miſer. 2 Regum. 13. Pſalm. 9. & Ierc. 22.

חֲשִׁיכְתָּא Obſcura, miſera, inops. Iſa. 54. חֲשִׁיכִין & חֲשִׁיכְיָא Obſcuri, ignobiles, pauperes. 4 Regum. 24. & Iſa. 3.

Et Syrè חֲשׁוֹכָא Tenebræ. paſſim in nouo Teſtamento. & חֲשׁוֹכְיָא Tenebroſus in lib. Rit. Seueri Patr. Syrorum. Item רְקִיעֵי חֲשׁוּךְ Fruſta, vel ceruicalia ſcrutorum, ponuntur pro קְסָתוּת Puluillis & ceruicalibus. Ezech. 13.

Fruſta ſunt propriè indumenti obſcuri, omnigeniq́ue coloris, quæ ad puluinaria conficienda ſimul conſuebant. Tale autem ceruical, vt ait Bahal Aruc, Arabicè dicitur רוקעא. ibidem legitur in plurali חֲשׁוּכִין aliâs חֲשִׁיכוּכִין Scruta. vide radicem רְקַע.

חֲשַׁל Pirmò idem eſt quod רוד vel מעך Contudit. quidam Domauit. Daniel. 2.

Et Prou. 29. vbi, vt bene ſcribit Elias, eſt וְחַכִּימָא בְּרַעֲיוֹנָא מַחֲשַׁל Et ſapiens ratione compeſcet, vel comprimet. Compl. מֵיחְשַׁל ſed omnino corruptè. Venet. מַאֲשֵׁב. Secundò Conflare, machinari, mala cogitare. Pſalm. 21. & 35. Iob 35. Prouerb. 6. & 12. Porrò חוּשְׁלָא ſignificat Hordeum decorticatum.

Et נְחָשׁוּל Tempeſtas, turbo. Ionæ 1. & Eccle. 3. vide in Nun. Syriacè מַחֲשׁוּלָא Fluctuatio. Lucæ. 8.

Item חֲשָׁלְתָּא idem quod περίθεσις, Additio, appoſitio. 1. Pet. 3.

חַשְׁמָלָא Angelus, ſic dictus, quòd Deo loquente taceat. Et componitur ex duabus dictionibus, nempe חשות hoc eſt, Tacere, & מלל Loqui. Alij volunt eſſe Noterikon ſiue ſymbolicam & myſticam interpretationem, hoc modo, : חַיּוֹת אֵשׁ מְמַלְּלוֹת Animalia ignis loquentia. Ezech. 1. Auctor Aruc exponit חש מל שתי מלין חן כשהדבור יוצא מלפני דקב"ה הם חשות ועתים ממללות שיר בעוז שנאמר עוז ותרוה במקומו: Id eſt, חַשׁ מַל ſunt duæ dictiones. Quaſi ad ſermonem exeuntem à conſpectu Dei Sancti, & celebrandi ipſi ſileant, & aliquando loquantur canticum de fortitudine. ſicut dictum eſt, Fortitudo & gaudiũ in loco eius. Hęc ille. Idem ſcribunt R. Schelomoh & D. Kimchi. R. tamen Schelomoh poſtea ait, cõſentaneum eſſe, vt ſit color quidam ignis ſpeciem referens, mihi autẽ eſſe videtur quod Gallicè dicitur *Feu brillant*, id eſt, Ignis radiãs, & velut ſcintillis emiſſis, ſummiſſũ quid crepitãs.

חַשְׁמַת Cœnare. Lucæ 17. & חַשְׁמִיתָא Cœna. Matth. 23. חַשְׁמַן חיחורים חלועזים קורין לחקרדינאלי חשמנים וכן פותרין אותו חשמנים מני מצרים ואוני וורע מחיכן למרו לומר כן והלא לא חיו קארדינאלי בימי דוד אף בי במצרים ואינו אלא שם אומה: Id eſt, Iudæi Italici vocant Cardinales חַשְׁמָנִים, & ita exponunt illud Pſalm. 68. יֶאֱתָיוּ חַשְׁמַנִּים מִנִּי מִצְרַיִם Venient Cardinales de Aegypto. Ego verò neſcio vnde ſic loqui didicerint, ſiquidem non fuerunt Cardinales vlli in diebus Dauid, multò minùs ergo in Aegypto, Nec eſt aliud niſi nomen gentis. Hæc Elias in Thisbi. R. Menachem Ciues חשמונה prouinciæ ſic dictæ, alij Magnæ cuiuſdam familiæ. R. Schelomoh exponit Munera. & dicit interpretes ſic expoſuiſſe. Tharg. יַיתוּן בְּנוּי דְחַם אוּקְמָנָא Afferent filij Cham argentum ἄσημον non ſignatum. Aben Ezra & Dauid Kimchi, Magni principes & duces, quales erant חַשְׁמוֹנָאֵי id eſt, Machabæi. (ſic enim vocantur

חֲשׁוּשָׁא Doloribus & paſſionibus obnoxius. Act. 14. חֲשָׁשָׁא Cura, ſolicitudo, anxietas. Eccle. 2. חִישׁוּת in exemplari Complut. Iob 20. ſignificat Senſum. Venet. & Elias aliter legunt. vide in רְחַשׁ. & חַשׁוּשׁ Conſcius, Gallicè *Conſentant*. 1. ad Cor. 4. Et חוּשְׁשִׁים Diligentes, ſolliciti. in Commentariis. Vnde Elias. אינו חושש פירוש אינו מקפיד וחשם חששה ומי ידוש תרגום ראית ליה חששא ויש מלשון זה בשין אחרת: אינו חוּשׁ, inquit, ſignificat Non eſt ſollicitus, non curat. Inde nomen חֲשָׁשָׁא Cura, ſollicitudo. qua voce vſus eſt Thargum, reddens illud Eccl. 2. cap. Et quis curat? Cui eſt cura vel ſollicitudo? Eſt etiam huius ſignificationis cum vno Schin. vt חש quod ſequitur. כגון פְּלוּגִי לָא חַשׁ וכן תרגום ויך לב דוד אותו וחש דוד בלבו כלם לשון הקפדה ומשמשין בו לענין הרגשה כגון מי שמרגיש כאב בראשו אומרים פלוני חש ברישיה וחוא מענין ר"ח חושים אשר בארתי בשורש חוש: Vt talis non curat. Et ſic Thargum huius loci 1. Samuel. 24. Et cor Dauid percuſſit ipſum; habet, וְחַשְׁרוּר בְּלִבֵּה Et anxius ſiue ſolicitus fuit Dauid in corde ſuo. Omnia Curam ſiue ſollicitudinem ſignificant. Vtuntur etiam eo pro חַרְנָשָׁה quod Sentiendi ſignificationem habet. Vt de eo qui ſentit dolorem in capite ſuo dicunt, פְּלוּגִי חַשׁ בְּרִישָׁה Talis dolet capite. Eſt autem deductum à ſignificatione quinque חוּשִׁים id eſt, Senſuum, quod explicaui in themate חוש. In Thisbi. A חוש porrò quod Senſum ſignificat & Sentire, venit מוּחָשׁ Senſibilis, ſub ſenſum cadens. frequens apud Rabbinos.

חֲשָׁא Idem quod שתק Tacuit, ſiluit. Inde חִישָׁת Quies, ſilentium. Iere. 26. & Mich. 3. Sed iuxta Aruc eſt velut paluſtris locus conſitus arundinibus. Hinc etiam eſt illud Ezech. 27. בְּחִישֵׁי מִינִית In frumentis Minith. vbi Thargum, vt Aruc, Elias, & Complut. legunt, habet בְּחִישֵׁי דְחוּשׁ Cum triticis paluſtribus. vt verò R. Schelomoh, Dauid Kimchi, & Venet. בְּחִישֵׁי דְחִישׁ quæ non intelligere ſe Kimchi fatetur. R. verò Schelomoh interpretatur קבוצת מניינין הרבה Collectionem particularum multarum. Gallicè טרוקאש *trochés*.

חֲשָׁי Silentium. Iob 4. aliâs חָשָׁי. inde בְּחַשָּׁי ſeu בְּחַשָּׁא atque בְּחַשָּׁאי Tacitè, in ſilentio. 3 Reg. 19. Eccle. 9. & 10.

Item חַשָּׁא Hiſtoria. in Aruc.

חָשַׁב & חָשִׁיב primò ſignificat Cogitare, mente agitare. Iud. 20. Gen. 42. & Exod. 18. Inde מַחֲשָׁבָא Cogitatio. Ierem. 18. pluralitet מַחְשְׁבָן Cogitationes. Pſal. 21. & מְחַשְׁבָתָא Cogitationes Prouerb. 20. Idem in reg. מַחֲשָׁבָת Gen. 6. Secundò ſignificat Reputare, computare, numerare. Leuit. 15. & 3 Regum 10.

Inde חוּשְׁבָן Numerus, ſumma. 2 Reg. 24. & Exod. 30.

Et alia forma חֲשׁוּבָנָא Eccl. 9. & חוּשְׁבָנֵי Famoſi, celebres. alij Reputati, gigantes. In exemplari Venetiano ſcribitur חַשְׁבָּנֵי, in Hebr. eſt זַמְזֻמִּים Deut. 2. Item Elias, קורין לאדם נכבד חשוב מלשון לא חשב אנוש ומזה אמרו עני חשוב כמת פירוש עני שהוא אדם חשוב ונכבד הוא חשוב כמת אבל עני שאינו חשוב אינו נחשב כמת לפי שאינו מקפיד כל כך על ענוי ורלותו: Vocant, inquit, (Rabbini) hominem inclytum חָשׁוּב id eſt, Spectatum, in pretio habitum. Quod deſumptum eſt ab illo Iſaiæ 33. Non æſtimauit hominem. Hinc eſt quod dicunt, Pauper habitus eſt tanquam mortuus, hoc eſt, Pauper qui eſt in exiſtimatione, habitus eſt quaſi mortuus: at pauper qui nullius eſt exiſtimationis, non reputatur tanquam mortuus, quippe qui non curet omnino ſuam paupertatem & penuriam.

חָשַׁד Suſpectum habuit. in Ber. rab. 63. & 85. & 99. & in Vaic. rab. cap. 34. & 1. Regum 20. in R. Dauid Kimchi. Vnde Elias ait, ענין חשדה לא נמצא במקרא ולא בתרגום ור"ל שמשו בו על מי שמאשים את חברו לומר שעשה כך וכך חרי הוא חשד אותו וכן פירש רש"י מטרף בני עליה ממה שחשדתיך והנחשד נקרא חשוד בל"ל עיוהן ובלעז אינקולפר: Id eſt, Vocabulum חֲשַׁדָּה non inuenitur in Bibliis, nec in Tharg. Cęterùm Rabbini, piæ memoriæ, eo vtuntur erga illum, qui alicuius delicti ſocium ſuum inſimulat, dum dicunt ſic aut ſic egiſſe, hanc formam vſurpant: הָרֵי הוּא חוּשַׁד אוֹתוֹ En ille ſuſpicatur eum: Et ſic exponit R. Simeon Iarchi illud Gen. 49. A præda, fili mi, aſcendiſti, מִטֶּרֶף בְּנִי עָלִיתָ Ex eo quod ſuſpicatus ſum te. Et נָחְשַׁד id eſt, Qui in ſuſpicionem venit, חָשׁוּד Suſpectus vocatur. Germanicè Zeihen/ Italicè *Inculpar*. In Thisbi.

חָשַׁח Primò ſignificat Neceſſe habuit. vt לָא חָשְׁחִין אֲנַחְנָא Non neceſſe habemus; vt interpretatur R. Abraham.

Tharg. Ierosol. חֲרוּץ שורה שחוץ מן עין שמכסה את העין וזהו בת עין: Id est, Series seu linea quæ est extra oculum, quæque tegit ipsum oculum, & est illud oculi pupilla. in Aruc.

חָרַץ quoque significat Roborare, vigere, valere. Et חָרוּץ Iustus. Exod. 23. pro quo restituo תָּרִיץ. Item Incidere, concidere, præcise diffinire. Inde חֲרִיצוּת Incisio. Psalm. 72. in Midras. Et גְּחֲרָצָה Exterminatio, vel sententia, seu diffinitio. Dani. 11. secundum notericos, cùm tamen sit participium Niphal fœminini generis, Decisa, decreta & determinata, Hebræum est. Item חֲרוּצִים Solertes, diligentes, in Commentariis. & חֲרִיצוּת Solertia, diligentia.

Et חָרַץ idem quod חולדה Mustela. in Aruc.

חֲרָצוֹת Constrictiones, angores animi, pauores. Psalm. 33. Hebræum est. חָרָצָן Acinus vuæ. in Hebræo. Numer. 6. & in Aruc.

חָרַק Hebraicè Fremere, frendere. A quo חוֹרֶק Stridor dentium. Matth. 7. Item חֶרֶק est היר של כלי Manubrium vasis. Item Cognomen consecrationis. in Aruc.

חוּרוּר Est quoddam genitum ex serpente & bufone. in Ber. rabb. cap. 83. Item חוּרוּר est Species colubri: fortassis illud est quod vulgò dicimus *Oruer*. in Tanhuma.

Item חַרוּרֵי עֵינַיִן sunt Horarum inspectores, Horoscopum obseruantes. Deuter. 18. in Thargum Ierosol. vide quod suprà in חרר scripsimus. חֹרֶר est foramen acus, in quo filum introducitur. alij dicunt esse Aciem, vel acumen acus. aliâs חַרְרָא vel חַרְרָא in Ber. rabb. cap. 1. De aliis vide paulò superius.

חָרַשׁ Magus, maleficus, incantator. Deut. 18. חֲרָשָׁא Venefica, pharmaceutria. Exodi 22. חַרְטֻמִּים & חַרְשִׁים Magi, incantatores. Mich. 4. Gene. 41. & Malach. 3. & יְדָעָא חַרְשִׁין Gnara veneficiorum. & חַרְשָׁתָא aliâs חַרְשָׁתָא Fascinationes, vel veneficia eius. Nach. 3. Hinc verbum חָרַשׁ Incantare, fascinare. & non Inuoluere, nec Venari, vt vult Pagninus. Ezech. 13. Et חַרְשׁוּתָא Veneficium, γοητεία, magia damnata. ad Gal. 5. חוּרְשָׁא idem quod יער Sylua. Iosu. 17. Samu. 22. & 23. in plurali semel tantùm quod sciam חוּרְשָׁיָא Syluæ. Ierem. 4. Inde verbum in Cal חָרַשׁ Sylueſcere, frondescere. Sanctes, vt non rarò solet, ex collatione Hebraici contextus Implicare & intricare explicat. Iob 8. Tertiò חֵרֵשׁ Non solùm qui auditus organo priuatus est, sed etiam qui tacet, & mutus est, significat: pro Surdo autem positum est Exod. 4. sed Isa. 56. כְּלָבִים חֲרֵשִׁים sunt Canes muti, siue tacentes. qui sic dici mihi videntur, quòd cùm non audirent, non latrabant, ex quo surdi nominantur. Nam etiam qui surdus natura nascitur, habetur mutus, quia neminem intelligens, quomodo loquatur, à nullo discere potest.

חֲרִישִׁית Ventus Orientalis. Ion. 4. Hebræum est. non significat Ventum Orientalem, vt Pagninus ponit, sed est adiectiuum רוּחַ קָדִים cui postponitur: & interpretatur Kimchi, Fortis, vehemens adeò, vt præ flatus eius vi, obsurdescant homines. Thargum, & R. Schelomoh שְׁתִיקְתָּא Silentem exponunt. חֲרוּשֶׁת Sapor prouocans appetitum, embemma, intinctum. in Aruc. מַחֲרֵשׁ est Strigil quo homo vtitur in balneo. & חֶרֶשׁ quod Hebræum est, Testam significat.

חָרַת Primò significat Sculpere. Inde חָרוּת Sculptus. Ier. 17. & חֲרִיתִין Sculpti, incisi. & non, vt vult Sanctes, Sculpturæ, incisuræ. Leuit. 19. Item חַרְתָּא Nouissima conditio, finis, extremitas. est autem ab אחר detracto per aphæresim Olaph. Mat. 12. Secundò חַרְתָּא idem est quod דיו Atramentum coriariorum. in Aruc. Est etiam color quo tingitur corium. Tertiò חַרְתָּא est Puppis, posterior pars nauis. Act. 27. Item חרות Isa. 60. Ramus amputatus, vel potiùs sectio. Plur. חֲרִיוֹת aliquando sunt Rami palmæ; aliquando verò, secundum Bahal Aruc, sunt Figuræ & sculpturæ in modũ palmæ expressæ. Et חֲרוּתָא, scribendum חֵרוּתָא Libertas. Leuit. 19. vide suprà in חר. Item חֲרוּתָא Speculator fulgurum. חַרְתָּא Nomen vrbis vel loci. in Aruc.

חִישׁ Multa significat. Primò Festinare. Psal. 141. vbi in Ven. legitur חִישׁ, & in Compl. חִשְׁחֵשׁ eodem sensu, Festina. & מְחִישׁ Festinat. Deut. 32. Secundò Cura tangi, dolere, anxium esse, pati. Psalm. 73. Matt. 15. Prou. 28. 1. Reg. 24. & 2 Reg. 24. vbi quidã Dolere & hæsitare exponunt.

De anathemate accepit. Iosu. 6. אִתְחָרַם Consecrari, sacrum fieri. ibid. & Syrè in Aphel אַחֲרַם Anathemate sese deuouit. Act. 23. חֶרֶם Rete, vel sagena. Abac. 1. At חָרִים secundum R. Schelomoh & D. Kimchi, est ille שחוטמו שוקע בין עינים שכוחל שתי עינו כאחת Cuius nasus est inter oculos depressus, adeò vt (ora) vel illud quod stibio pingitur suorum oculorum, sit tanquam vnius. Aruc שיכול לכחול שתי עיניו כאחת Vt possit duos oculos suos, vti vnum, stibio depingere. Alij à חָרַם interpretantur אבוד החוטם Nasum perditus, cuius sententiæ videtur esse Aben Ezra. aliis Simum esse placet. Leuit. 21. חוּרְמָנָא & חוּרְמָן, reperio & חוּרְמְתָא significat idem quod פתן Basiliscum, quem nonnulli Regulum dicunt. est verò serpens valde perniciosus, qui, vt tradit Dauid Psalm. 58. obturat aures suas ne audiat verba incantatoris. Gene. 49. Isa. 11. & Iob 20. in plur. חוּרְמָנִין & חוּרְמָנָיָא Basilisci. ibid. & Ierem. 8. Significat etiam Bellare. & חִירוּם idem quod סיכסוך Bellum, violenta concussio. חֶרֶם Fossa, stricta superiùs, & lata inferiùs. in Aruc. חוּרְמִינֵי malè in quibusdam, legendum vt suprà in He posuimus הוּרְמִינֵי Armenia. Mich. 7. & Iere. 51. vide supra. חוֹרָן idem quod אחר Alter, alius. & חוֹרוֹנִין alij. Iob 31.

חֶרֶס Hebr. Sol. Plutarchus in Artaxerxe dicit nomen κῦρος lingua Persica Solem significare. Secundò חֶרֶס est Scabies sicca quasi testa. nonnulli à Sole, quasi plaga Solis, vt ait Rab. Abraham. Deut. 28. מִין סִיד חַרְסִית est Species calcis. in Aruc. חַרְסָא Purulentia, fœtor, corruptio. in Zohate.

Item חֶרֶס Nomen montis Iud. 1. & 2.

חַרִיעַ Idem quod מוריקא id est, Crocus. in Aruc. Arabicè סַפְרָן, à luteo colore quem סַפְרָא vocant.

חַרְעוּתָא idem quod παυουργία, Astutia, calliditas. Luc. 20. Et חָרְעָא παονοῦργος, Astutus, versutus, callidus. 2. ad Corinth. 11.

חָרַף Hebraicè significat Criminari, probris afficere, exprobare. Secundò חָרַף significat Acuere. 1. Reg. 13. Hinc גִּירִין מְחָרְפִין aliâs מְחָרְפָן Sagittæ acutæ. Isa. 5.

חָרִיף & חֲרִיפָא atque חֲרִיפָה Acutus & acuta. Psal. 51. & 57.

& חַרְבָא חֲרִיפָא Gladius acutus. Isa. 7. in plur. חֲרִיפִין Acuti. Iosu. 5. & Abach. 1. Idem חִירְפֵי vel rectiùs vt Complut. חֲרִיפֵי, licet alij Cultros interpretentur. Prouerb. 30.

חַרְפָא Vehemens, impetuosus, rapidus. 1. Pet. 4. & חַרְפָאוּת Subitò, statim, ocyssimè. 1. ad Corinth. 15. Item חַרְפְתָּא reperitur pro עטלף Vespertilione. Deut. 14. in Tharg. Ierosolymitano. חַרְפְתָּא Terra ripæ, quam fluuius rapidissimè inundans arripit. in Aruc.

Præterea חַרְפַף est Confundere. & חַרְפוּפִיתָא Confusio.

Item חוּרְפָא Agna. Iob vltimo. In plur. חוּרְפָן Agnæ. Ios. vltimo. & Gen. 21. Porrò חָרִיף in Commentariis inuenitur pro Discretione. Significat etiam Hominem ingenij acumine præstantem. De quo sic Elias, קורין לאדם חר הכפל ומפולפל חריף תרגום חרב חרה חרבא חריפה בלא שאלף ובלעז אקוט ולא נכנה ממנו פעל והשם חריפות: Id est, Vocant hominem acuti ingenij, & argutum חָרִיף. Vnde Thargum huius loci, Prouerb. 5. Gladius acutus; habet, חַרְבָא חֲרִיפָא Ensis acutus. Germanicè Scharpff. Italicè *Acuto*. In Thisbi. Item חוֹרֵף significat Iuuentutem, à celeritate, qua pollet, sic appellatam, vt in præfatione Eliæ in Thisbi, אֶפְתְּחָה בְמָשָׁל פִּי אֲשֶׁר שָׁמַעְתִּי בִּימֵי חָרְפִּי: Id est, Aperiam in parabola oris mei, ea quæ audiui in diebus adolescentiæ meæ. Et Chaldaicè חֲרִיפוּת Iuuentus, vel adolescentia. dicitur autem, vt ita loquar, Præmaturitas: quòd ea ætas soleat esse ingenio præcoci. Iob 29. Hinc חֲרִפֵּי Fructus præcoces, præmaturi, alij Veloces. eius contrarium est אֲפִילֵי Tardiui. Eccl. 11.

חָרַץ Primò significat Pauere, timere. Inde חֲרִיצוּתָא Timor, formido. Compl. חֲרִיוֹנְתָא Ira, vel contentio. Prou. 10. Secundò חָרוּץ est Cisterna pluuialis, vel piscina lapidibus clausa. Auctor Aruc exponit Fossam seu lacum superiùs angustum, inferiùs verò latum. חַרְצֵי מַיָא Foueæ, vel aluei aquarum. Iob 38. in secundo Tharg. Et חַרְצֵי מַיָא aliâs מַיָא sunt, R. Schelomoh & Dauid Kimchi interprete, חמלחות Salinæ: fiebant enim foueæ, in quibus deducebatur aqua salita, seu marina, ex qua tandem, calore Solis combusta, sal conficebat. חַרְצִין sunt Lumbi. 2 Regum 20. & Isa. 32. Et in singulari חַרְצָא Lumbus. Dan. 5. Ierem. 13. & Deuter. 33.

iunctionem seriémue significat, hoc est, Ornamentum quod constat margaritis, & gemmis preciosis, quæ simul filo coniunguntur. Germanicè Gerythen, Italicè *Filzato*. In Thisbi.

Item חֲרוּזָה & in plurali חֲרוּזוֹת significat Concatenationem quarumlibet rerum. Et in Aphil אַחְרִיז idem quod הִכָּה Percussit. vt מַחְרִיז נַפְשֵׁיהּ כְּסִילְוָא וְלָא נַיֵּים Auctor Aruc exponit מכה עצמו בקוץ שלא יושן Percutit seipsum spina ne dormiat.

חַרְחָבָן Genus herbæ quæ crescit in circuitu palmæ. in Aruc.

חַרְחַר A חַר, de quo suprà, significat Accendere, inflammare. Prouerb. 26. Cogitare, & suffumigare. in Aruc. In passiuo אִתְחַרְחַר Exiccatus est, vide iam suprà. Secundò significat Destruere funditus.

חַרְחָר idem quod מערד Ligo, farculus.

Item est Stimulus quo boues impelluntur.

Et Locus vbi coquitur & torretur panis, area foci. in Aruc.

חָרַט Idem quod נחם Pænituit. Et in coniugatione partim ex Niphal, partim ex Ithpaal conflata.

נִתְחַרַט Pœnitentia dictus est. Inde חֲרָטָה Pœnitentia, resipiscentia. frequens in R. Dauid Kimchi. De quo sic ait Elias: ענין חרטה לא נמצא במקרא ולא בתרגום ורבותינו זכרונם לברכה הרגילוהו אבל רק בהתפעל כמו מתחרט ותחרט ודומיהם והעוברים מורכבים מן נפעל והתפעל נתחרט נתחרטת וכולי וזאת ההרכבה מורגלת הרבה בדבריהם ובלשון עברי נחם נחמתי ונמצא גם כן בהתפעל ובן אדם ויתנחם בלא גירויאן ובר עז פילשטור: Id est, Vocabulum חֲרָטָה non inuenitur in Bibliis, nec in Thargum. (Falsus est memoria Elias, inuenitur enim in Thargum 5. Canticor. versiculo qui Hebraicè incipit דודי Dilectus meus. &c. vbi scribitur לָא צָבִין לְמֶחְרַט Nolunt pœnitere.) Cæterùm Rabbini, bonæ memoriæ, eo vti solent, sed tantùm in Ithpaal, vt מִתְחַרֵט Pœnitentia ductus, יִתְחַרֵט Resipiscet, pœnitentia ducetur. &c. Præterea quoque componuntur ex Niphal & Ithpaal, vt נִתְחַרַט נִתְחַרַטְתָּ &c. Hæc autem compositio admodum vsitata est in sermonibus eorum. Lingua porrò Hebraica idem valet quod נחם נחמתי, quæ quidem radix etiam in Ithpaal reperitur, vt ובן אדם ויתנחם Et filius hominis vt pœniteat. Numer. 23. Germanicè Gereuen/ Italicè *Pentir*. In Thisbi.

חַרְטוּמָא Rostrum, tam auium quàm quadrupedum.

חַרְטֻם in plurali חַרְטוּמִין Daniel. 2. sunt, iuxta R. Scelomoh, Necromantæ, vel, vt ipse scripsit, חנחרים בטימי מתים id est, Quasi narium vocem per ossa mortuorum emittentes. quod aliter explicat השואלים בעצמות מתים Consulentes ossa mortuorum. R. Sahadiah quasi componeret ex חור & אטום Foramine obstructo, dicit: Illorum actio versabatur in foraminibus occlusis. id est, Terebrabant, inquit, foramen in arbore, quod post immissa in eo verba incantatoria, obstructum, ad cuiusuis rei interrogationem responsum dabat: vel, inquit, sic dicti sunt, quòd consulant mortuos in sepulchris per ossiũ foramina, quasi à חר & טמים Foramine & ossibus חַרְטֻמִים dicerentur. Sed R. Abraham, quem D. Kimchi hîc sequitur, ait, esse Genethliacos, qui cognoscunt rerum origines, & naturas ipsis ingenitas, & quicquid faciunt, id cum incantatione.

Præterea חַרְטוֹם idem est quod סנדל Calceus, qui & Arabicè כַּרְטוּם, Cheth mutato in Caph. in Aruc. חָרִית vel חַרְתָּא Ramus palmæ durus. in Aruc.

חָרַךְ Aduri, vi caloris torrefieri. Ierem. 6. & Iob 30. אִתְחָרַךְ Adustum est, flammis cohorruit, Dan. 3. in tertia fœm. coniugationis Cal חוֹרְכַת אַרְעָא Torrefacta est terra. quidam, sed mendosè, habent חוֹרְבַת Desolata est. Isa. 10. & 24. Secundò חַרְכָּא idem est quod חלון Fenestra, vel cancellus. Ios. 2. & Gen. 26. in plur. חַרְכִּין & חַרְכָּא Fenestræ. Ierem. 22. & Cant. 2. חַרְכֵּי שְׁמַיָּא Fenestræ cælorum. Gen. 7. in Tharg. Ierof. חוּרְלֵי Vrticæ, vel cardui. Prou. 24.

חֲרָמָא Anathema, consecratio, vel consecratum ex quo nefas est aliquid, non secus ac de re perdita, in proprios vsus conuertere. Leuit. 27. Ios. 6. & Ezec. 44. alij interpretantur Separatum, sanctificatum. Est & Dira deuotio. Act. 23. Inuenitur & alia forma תוּקְפָא דְחוּרְמָנוּ דְמַלְכָא Vis anathematis siue execrationis regis. in Zoh. col. 371.

חֲרָמָא autem est Nomen loci, dictus quòd fuerit ab Israele internecione deletus. Numer. 21. in Hebr. & Thargum.

Hinc אַחֲרִים Consecrauit, vel, sacrum fecit. Leuitic. 27.

חָרַב Desolari, destrui. Isaiæ 17. אַחְרִיב in Aphel, Vastauit, destruxit, desolauit. 4 Reg. 19. & Isa. 37. Inde מַחְרִיב Vastator. & חָרוּב atque חָרֵב Desolatus, demolitus. Iere. 33. & Agg. 1. חוּרְבָּא & חָרְבָּא Desolatio. Leuit. 26. & Ezech. 25. In plurali חָרְבָּת & חָרְבָּתָא Desolationes. Isa. 61. & Ezech. 13. & חָרְבָּן Desolatæ. aliâs חוּרְבָּן siue Desolatio, siue desolationes. Isa. 61. & alia forma חִירוּב vastatio, destructio in Zoh. 318. חַרְבָּא Gladius, ensis, à vastando & destruendo dictus. Iud. 3. Et חָרוּבָא Instrumentum arandi. Syrè חַרְבָּא אַרְכָּא Aratrum. Luc. 9. Secundò חָרַב Arescere. Isa. 19. in Aphel Siccare. ibidem. 51. & Nach. 1. & חוּרְבָּא, Elias חָרְבָּא Siccitas. Complut. יוּבְשָׁא Idem. Agg. 1. Item Dimittere. Isa. 32. iuxta Pagninum tantùm. Omnes enim Sanctuarium destructum interpretantur, licet textus Hebraicus Palatium dimissum habeat. חַרְבוּנָא Scabies sicca. Deut. 28. ex Aruc. in Tharg. Ierof. aliâs reperio גַּרְבָּא. Onkelos habet גַּרְבָּא etiam. & secundum R. Schelomoh significat שחין לח Purulentam, viridemue scabiem. חָרִיב Nomen Gentis, quæ Hebraicè dicitur ערן Ezech. 27. vt etiam in Commentariis Kimchi adducit. Venetum & Complut. habent חַרְיָיב, quod Ier. 51. est pro אשכנז positum. Aruc verò חַרְיָיב legit. vide in He. חָרוּב Siliqua, vel faba Græca, quæ Italicè dicitur *Charubba*. in Ber. rabb. cap. 30. & 80. חַרְבָּר Cæcitas. Gen. 19. in Tharg. Ierof. vide suprà חוּר. Aruc enim ibi meliùs habet.

חָרַג Significat Pauere, extimescere, trepidare propriè. Inde חֲרָגָת Trepidatio, pauor, timor. Deut. 32. & Thren. 1. Est & alia significatio חרג vt notat Elias, dicens: אדם קורא לבן אשתו בני חורגי וכן לבן ולבת אשת אביו קורא אחי חורגי אחותי חורגתי וכן לאשת אביו קורא אמי חורגתי בלא שטרף זין ובלעז פילשטור: Id est, Homo vocat filium vxoris suæ (priuignum) בְּנִי חוֹרְגִי. Item filium aut filiam vxoris patris sui vocat Fratrem meum חוֹרְגִי, Sororem meam חוֹרְגָתִי. Sic & vxorem patris sui (nouercam) vocat Matrem meam חוֹרְגָתִי. Germanicè Stiefsun/ Stiefbruder/ Stiefschwester/ Stiefmutter. Italicè *Filiaster*. Item חַרְגָּא est אבק דק אשר פורח בשמש Puluis tenuis in Sole volitans, id est, Atomus. Auctor Aruc exponit, מה שמתנסר מן הרקיע שנראה בחמה Illud quod decidit à firmamento, quodque apparet in Sole. חַרְגּוּלָא est מין חגב Species locustæ. Leuit. 11. Septuaginta Ophiomachum sunt interpretati.

חוּרְדוֹן Bufo. in Ber. rab. cap. 83. חַרְדַל Sinapi. in Ber. rabb. cap. 41. & 99. & in More libr. 1. cap. 56. & in Rab. Schelomoh. Cant. 7. Item Granum paruum. in Vaic. rabb. cap. 31.

חַרְדָּלִית est נחל שיורד ממעלה למטה Torrens qui deorsum præceps fertur. in Aruc. est etiam Lacus ex pluuialibus aquis collectus. חַרְדָּלִי Nomen loci. in Beresf. rab. cap. 99.

חָרַז Perforauit. in Aruc. Item, Carmina rhythmica composuit. Vnde ait Elias, יחעני טופי השורות דחיינו חבתים שבשיר שקול מסיומים כלן בשתים או בשלש אותיות דומות כמו השיר שעשיתי בראש ספר זרע שהבתים כלם מסיומין באותיות ביזהו החרוז של שיר זה וכאשר לא נעשה במשקל נקרא המאמר ההוא חרוז או חרוזה סתם כמו ההתחלה שעשיתי בספר הזרע המתחלת אפתחה במשל פי אשר שמעתי בימי חורפי: וכאשר לא נעשה בחרוז ולא במשקל נקרא המאמר ההוא הלצה ובשלשה אופנים אלה עשיתי שלשה המרמות לספר חזה חלא בשיר הבית בחרוזה והגומל בחלצה ובלא ריים ובלעז רימה: ונלקח מן שוארך בחרזים שהוא לשון חבור ופירושו מרגליות ואבנים טובות המחברים יחד בחוט בלא גירחן ובלעז פילצאט: Id est, Notum est quòd fines versuum, hoc est, Domus (sic enim vocant Hebræorum poëtæ) quæ sunt in Oda ponderata, desinunt omnes in duabus aut tribus literis similibus, quale est Canticũ illud quod feci in principio libri istius (Dictionarium Thesbi intelligit, in cuius præfatione rhythmica quædam conscripsit) cuius omnes domus (singula disticha) desinunt in Bi בי, atque hæc est illius cantici חָרוּז Modulatio. Cùm autem fit absque pondere, tunc oratio illa vocatur חָרוּזָה aut חֲרוּזָה absolutè, sicut est præfatio quam feci huic libro, quæ incipit Ephtechah bemassalpi, Asser schamaati bimè horpi. Id est, Aperiam in parabola os meum, quam audiui in diebus iuuentutis meæ. Oratio verò quæ neque rhythmicè neque metricè facta est, vocatur הַלָּצָה. atque tribus illis modis tres præfationes huic libro feci: Primam quidem carmine, secundam rhythmicè, tertiam denique prosaicè. Cæterùm חָרוּז Germanicè vocatur Reim, Italicè *Rima*. Estque desumptum vocabulum ex illo Cant. 1. עֲוָאדֵךְ בַּחֲרוּזִים Collum tuum in monilibus. Vbi con-

חֲקֵלָא Idem quod שדה Ager. Ioſ.8. & חֲקַל Idem. Ierem. 26. & Syrè ܚܩܠܐ דܕܡܐ Ager ſanguinis, etiam in Græco exemplari Euangeli, Latini legunt Akeldema. de quo iam ſuprà. In plurali חַקְלִין Agri, campi. 1 Reg.22. חַקְלָא & חַקְלָתָא atque חַקְלִין Idem. Exod.8. Mich.2. & Hoſ.10. Item Mich.2. חוּלְקָא & חֻלְקָתָא Pars, hæreditas, quæ cuique diuiſione facta obuenit: dicta à חָלַק Partiri. חוּקָן ſic exponit Elias in Thisbi: ראיתי בספרי רפואות קורין למשקה שעושין מעשבים ומשמנים ומכניסין אותו דרך נקב האחור לנקות בם בני המעים חוקן וחוא לשון ערבי ובלעז קריסטיר: Id eſt, Vidi in libris medicinæ, quòd vocant liquorem illum, quem ex herbis & vnguentis conficiunt, quemque ingerunt per foramen podicis ad repurgandum inteſtina, חוּקָן; eſt autem Arabica dictio. Italicè *Criſtir*. Hæc ille.

חֲקַר vt & Hebraicè, ſignificat Inquirere, ſcrutari, perueſtigare. 2 Reg. 10. Hinc חַקְרָא, vel vt ſcribit Magiſter Aruc, חַקְרָה, ponitur 2 Reg.5.& 23.& ſemper, vt ait Elias, in eo libro, pro Hebraico מצורה Arce, ſed in aliis libris מְצוּדָתָא vel מְצוּרָתָא vſus eſt paraphraſtes; ex quo videtur חַקְרָא aliud eſſe quàm Arcem, vel locum excelſum. Nullam autem huius dictionis adfert explicationem Aruc & Elias. Verùm ex radicibus Kimchi, etſi non, quod quæro, ſaltē quod coniectura ſequi poſſum, habeo. Secundi enim Reg.5. vbi Hebraicè legitur וַיִּשְׁמַע דָּוִד וַיֵּרֶד אֶל הַמְּצוּדָה Et audiuit Dauid, & deſcendit in munitione, vel rupe alta, vt vult ipſe. Videtur mihi, inquit, quòd fuerit in illa petra ſpecus, nam in petris ſpeluncæ multæ inueniuntur; aut quòd locus, in quo erat Dauid, fuerit altior munitione, quia ſcriptum eſt, Deſcendit Dauid. quæ interpretatio ſpecus, meo iudicio, huic dictioni magis conuenit, quàm arx, aut munitio.

חֲרַר Significat Liberare, in libertatem aſſerere, ſeu vindicare. Iohan.8. in Euang. Et אִתְחַרַר Liber fieri. Exod.19. Inde חַרוּתָא Libertas. 1 ad Corinth.10. & חֵרוּ & חֵרוּתָא Idem. Iſa.61. & Ezech.16. & סַלִּין חֵרוּ Caniſtra ingenuitatis, ſiue nobilitatis; in quibus, ait Elias, portabantur panes principum. Santes Caniſtra candoris. Geneſ.40. Hinc בְּנֵי חֵרוּן Filij ingenuorum, heroum, ſeu magnatum. Iſa.34. Singulare חוֹר Liber, nobilis, princeps. Hebræum eſt. vide ſuprà in חור. אִתְחַרֵי Affirmare, aſſeuerare. Act.11. & 1 ad Timoth.1. Item Allidi, frangi. Actor.27.

חָרַר Significat Exuri. Ezech.15. & per tranſlationem, Exardeſcere ira, excandeſcere, iraſci. Pſal.2. אִתְחַרְחַר Exiccatum eſt, calore exaruit. Pſalm.64. & Contendere. vt מִתְחַרְיָא Contendens. Actor.12. חֲרָיָא ponitur pro φιλονεικία, Contentione, lite. Lucæ 22. חֲרָיָא Ira, furor. Pro. 21.& 30. חִרְתָא malè in Venet. חרתא Idem. Prou.18. & תַּחֲרוּתָא atque תַּחֲרוּתָא Iracundia, contentio. Iſa.58. & Abac.1.

Item תַּחַר in Venet.& in Complut. תוֹרַר Immoraberis, tardabis, moras trahes. Pſalm.70. ab אחר, vel detracto per Aphęreſim Olaph, vel Vau pro Aleph poſito: vt Syris & Chaldæis vſu venire ſolet. חַרְחוּרָא Morbus exurens vehementi calore. Exod. 28. R. Schelomoh ait, Eſt morbus calore medium corpus afficiēs, quo qui laborat, ſemper bibere appetit aquas. חוֹר Hebraicè eſt Foramen. חַרְוָא & חַרְוָא Idem. Matth.19.& Marc.10. חָרַר Placentas facere, vel potiùs iuxta Kimchi, Torrere, coquere ſuper prunas. Ezech.4.

Inde חַרְוָא Placenta. ibid. חַרַר דְּלַחֲמָא Subcinericius panis, dictus quòd carbonibus torreatur. alij, propter foramina quæ fiunt in eo. 3 Reg.17. & Iudic.8. In plurali חַרְוָן פַּטִּירִין Placentæ infermentatæ. Exod.12. in Tharg. Ieroſolymitano.

Et חַרוּרֵי עֵינָן Præſtigiatores, qui ſubtilitate manuum oculos perſtringunt, Deuter.18. in Tharg. Ieroſolymit. vbi Elias mendum eſſe putat, ac ſcribēdum eſſe אֲחוֹרֵי עֵינָן ab אחר quod capere ſignificat, eſt in Hebræo מעונן. Aruc in radic. חַר legit rectiùs, mea ſententia, חַרוּרֵי עֵינָן Perſtringentes ſiue obſcurantes oculos. Item חַרְוָא Fruſtum. in Vaic. rabb. cap. 24. חַרְיָא Stercus. in Aruc. מַחֲרָאוֹת Latrinæ, ſeceſſus. Ezræ 6. in Commentariis.

חוּר Intueri, oculos intendere, cauere, proſpicere. Matth.5.& 6. חוּרִי Choræus. Hebræum eſt.

חֲרִי Nomen loci. in Aruc.

חֲקַל Idem. Ierem. 26. & Syrè ܚܩܠܐ דܕܡܐ Ager ſanguinis, melimellis, vel melimella. Auctor Aruc exponit קנה שעושין ממנה הסוכר והוא מתוק: Id eſt, Canna ex qua cōficiunt ſaccarū, quod eſt dulce. חִיצְבִּי Puluinar. in Aruc.

חָצַד Metere, demetere. Leuit.19.& 23. & Prou.22. Inde חָצָד & חֲצָדָא Meſſis. Geneſ.30. & Exod. 34. חָצוּדָא Meſſor. Amos 9. & in plurali חָצוּדָא Meſſores, Ruth 2. חֲצָדָה Nomen loci. in Aruc.

חָצַל Incruſtare picturas. in Aruc. חַצְלָא Storea, ſeu matta ex iuncis facta, teges. in Bereſſ.rabb.cap.33. Idem מַחֲצֶלֶת. חֲצָלוֹת Caniſtra de foliis palmæ contexta, ad maturandum dactylos. in Aruc. Item מַחֲצָל Inſtrumentum quo calcantur ficus. חַצְמָן Extractor. חַצִּינָא Dolabra, aſcia, ſecuris. Iſaiæ 44. & Ierem.10. Et חִצִּין idem quod פשתן Linum incultum. vt ſuprà חסין. in Aruc. Porrò verbaliter חָצַן ſignificat Inſidiari, ſtruere inſidias. vt ſcribunt. Inde חוּצְנָא in Complut.& Venet.codice, in Aruc verò חִיצְנָא ponitur Ierem.51. pro אוֹרְבִין Inſidiis, vel inſidiatoribus. Non exponitur ab Aruc. Ego verò exiſtimo à חִיצוֹן Exteriori, dici חִיצְנָא, quaſi forenſes & extra muros ciuitatis collocatæ excubiæ, aut inſidiæ. Item Ioel 1. in exemplari Complut. extat חוּצְנָא pro ממגורות Horreis. vide quæ ſcripſimus in חִסְנָא. חִיצוֹן Forenſis dicitur, à חוּץ hoc eſt, Extra, foris. in Aruc.

חֹצֶן Vlna, brachium. Hebræum eſt. חֲצוֹצְרָתָא eſt Tuba, buccina. Oſeæ 5. in plur. חֲצוֹצְרָתָא Tubæ. 4 Reg.11. & חֲצוֹצְרָן Numer.10.

חָצַף Peruicax, pertinax, durus, & impudens fuit. Hinc Prouerb.7. אַחְצְפַת Indurauit, obfirmauit impudenter. ſic eſt in Complut.& Veneto, in coniugatione Aphel bene, vt mihi videtur, nihilominus vt infrà videbis, Elias in Cal habet חַצִּיפַת. & מְהַחְצְפָא Duriter, vel pertinaciter vrget, inſtat. alij Feſtinat. Dan.2. Hinc חֲצִיף אַפִּין Impudens, contumax, perfrictæ frontis. Eccle.8. In plurali חֲצִיפֵי אַפִּין Pertinaces, duri, peruicaces. Ezech.2. & 3. & חוּצְף aliâs in Kimchi חוּצְפָא Impudentia, proteruia, peruicacia. Frōs. Ierem.3. חֲצִיפוּת Idem. in Comment. & חָצוּף in Kimchi & in Commentariis eſt, vt exponit Aruc נוצח לרע Peruicax vel pertinax in malo. Vnde Elias: קורין למי שיש לו עזה פנים חצוף: וכן תרגום העזה פניה חציפת אפחא ומצח אשה זונה תרגום וחוצף כאתת נפקת ברא והוא מלשון על מה דתא מהחצפא פירש הרדק גלוירה ואנחנו קורין מי שחוא חצוף בלא און ול שעמט ובלעז דיספצטו: Id eſt, Vocant eum qui eſt impudenti facie חָצוּף. Et ita Chaldaica paraphraſis eius loci Prouerb.7. Indurauit faciem ſuam; habet חַצִּיפַת אַפָּהָא Impudentem reddit vultum ſuum. Et Iere. 3. Et frons mulieris meretricis: Thargum וְחוּצַף כְּאַתַּת נַפְקַת בָּרָא Et proteruitas ſicut mulieris foras exeuntis, id eſt, meretricis. Et deſumpta eſt ſignificatio ex illo Dan.2. עַל מַה דְתָא מְהַחְצְפָא Vt quid edictum ita duriter vrget? quod R. Dauid Kimchi exponit apertè. Nos vocamus eum חָצוּף qui Germanicè dicitur Vnuerſchampt/ Italicè *Diſpazto*. In Thisbi. חֲצָפָא Teſtaceum, fictile, 2 ad Corinth.4. legitur & alibi in Complutenſi.

חָצַר Metere. & חֲצָר atque חֲצָרָא Meſſis. quæ hic adducit Santes cum Reſch in fine: vide חֲצַר per Daleth. hîc enim vitiosè ſcribuntur. Et חֲצִיר Caulis, herbæ ſtipes. in Aruc. Porrò חַצָּרָא eſt Reticulum operiēs hepar. Exod.29. & Leuit.3. חָצֵר & חָצִיר Atrium. Hebræum eſt.

חַצּוֹצְתָּא Eſt genus ſalicis. in Aruc. בית הקברות חַצְצָתָא eſt Domus ſepulchrorum, cippus, cœmeterium. in Aruc.

חָקַק & חָקִיק Fodit. Hinc Benoni חָאִיק Perfodit, perrupit. Iob 24. Secundò Exarauit, depinxit, ſtatuit, decreuit. Cant.2. Inde חִיקוּק Scriptura, ſculptura. in Commentariis. in plurali חַקְקִין Sculpturæ, impreſſiones. Exod.28. & Leuitic.19. in Tharg. Ieroſolymitano. Ideo dicit Elias, קורין לדופסי הספרים מחיקקין חקקי און וכן כתובת קעקע תי חקוקין וקראו לו חכמים חק תוכות: Id eſt, Vocant librorum impreſſores מְחוֹקְקִים Typographos, quod deſumptum eſt ab illo Iſa.10.cap. הַחוֹקְקִים חֹקְקֵי אָוֶן (Væ illis) qui ſcribunt aut excudunt decreta iniqua. Et ſic pro כְּתוֹבֶת קַעֲקַע Scriptura impreſſa. Leuit.19. Thargum Ieroſolymitanum habet חַקְקִין quod ſapientes vocant חֹק תוֹכוֹת. In Thisbi. Item חִקּוּי נֶפֶשׁ Conceptus, quaſi impreſſio, animæ. in Commentariis.

Item חוּק eſt Fundamentum. in Aruc.

& חַפִּיפִין Inuoluti, vel potius operti. Eze. 27. Tertiò significat Atterere. Deuter. 8. vide יְחַף, nam illa est radix.

חַפְּפִית idem quod מין שחין Genus vlceris. Item חַף Penna, clauis. in Aruc. Et חַף Vas ligneum aut metallicum.

Et חֵיפָא Impetus, secundum quosdam. existimo diluuiem esse, quæ ideò sic vocetur, quòd terram operiat & obruat. Prou. 27. Item חִיפָה & חִיפִי est Pecten, texentium instrumentum; & corium incultũ: & azymum. Itẽ מִישְׁחָא דְחַפּוּפְתָּא Bahal Aruc exponit שמן של בשמים שמתוקן לחופורת Oleum, seu vnguentum aromaticum, quod paratum est ad thalamos nuptiales. חַפָּאטִיקוֹן Gladiator, armiger. in Tanhuma. & in Aruc.

חֲפַט Concitare, persuadere, operari, efficacẽ esse. Marc. 15. & in passiuo אִתְחַפַּט Operari, agere sedulò. 2 ad Cor. 4. Inde חַפִּיטְתָּא Diligens, assidua, iugis. Act. 26. & חַפִּיטוּתָא Diligentia, sedulitas. ad Romanos 12. & חַפִּיטָאִית Studiosè, diligenter, sedulò, gnauiter, penitus. Matth. 2.

חֲפַל Extendit. Isa. 40. Error est. legendum enim est מְחַפֵּי לֵיהּ Obduxit eum. non coniunctè מְחַפִּילֵיהּ, vt Santes legisse videtur. igitur radix est paulò antè חֲפָא.

חוּפְנָא Vel vt alij meliùs חֻפָּן Vola, pugnus, interior pars manus. Eze. 10. Leuit. 16. & Prou. 30. idem quod Hebraicè חוֹפֶן. Pluraliter חֻפְנִין Pugilli. Eccle. 4.

חֲפַס Primò idem est quod חפש Hebraicè, Inuestigauit, inquisiuit, perscrutatus est. Iob 3.

Secundò חֲפִיסָא est חמת קטן Vter paruus. in Aruc.

חֲפַץ Ornamentum gemmarum, desiderabile. ab חָפֵץ Desiderauit, voluit. in Vaic. rab. cap. 34.

חֲפַר Significat primò Fodere, scrutari, fodiendo eruere. 4 Reg. 19. & Iob 39. Inde חֲפִירוֹת Fossæ, quæ fiunt in circuitu ciuitatis. & מַחְפֶּרֶת Fodina, lapicidina. in Aruc. & מַחְפַּרִין דְמֶלַח Salinæ, fodinæ salis. Ezech. 47. & Sopho. 2. Secundò חֲפַר significat Erubescere. vt נֶחְבַּר Erubescet. Prouer. 13. sed si יַחֲפִיר est transitiuum, quod est in Hebræo, id est, si actiuè transfertur, Confundet, vt videtur nonnullis, tunc scribendum erit נַחְבֵּר, vel in Pael נְחַבֵּר Pudefaciet. Et ita ibid. 19. pro מַחְפִּיר Pudore afficiente, Tharg. vt legit Elias, מַחְפַּרְנָא conuertit, vel vt alij habent מְחַפַּרְנָא Ignominiosus. חוּפַרְנָא Ignominia, vt habet recentiorũ obseruatio. Psal. 37. sed cùm ibi nõ extet, videtur illud, pro חוּכְרָנָא Egestate legisse. חִיפוּרָא est מין עשב Species herbæ, olus, à fodiendo dictus. in Aruc. חֲפַרְע Cognomen Pharaonis. in Aruc.

חֲפַשׁ Primò significat Rimari, scrutari. Iob 39. Secundò significat Manumittere, liberare, liberum facere. Inde חֲפָשִׁי Liber. & Mortuus sic dictus, quòd sit liber à mundo. Hebræa sunt. Item חָפֵשׁ idem est quod יקר Preciosum. in Aruc. Vnde in Commentariis בְּגָדֵי חוּפֵשׁ וְנָוֵר Vestes preciosæ & decoræ. Et חֲפוּשִׁית est תולע השני Vermis niger, scarabæus. Gen. 2. in Rab. Schelomoh.

Item est רג טמא Piscis immundus. in Aruc. Et חֲפִשִׁית siue חֲפִשׁוּשִׁיתָא Scoria, sordes. in Aruc. חֲפַת idem quod בית יד Manica, chirotheca. Arabicè גיב. in Bereff. rabb. cap. 81. & in Aruc. vel secundum alios est חיק Sinus.

חֲצַץ Sagitta feriit, iaculo impetiuit. à חֵץ Sagitta. Item Diuisit in duas partes, vel per medium partitus est. Hebraica sunt. Inde מְחִיצָא Paries, à diuidendo sic appellatus, quasi mediastinus. in Ber. rabb. cap. 28.

חֲצָא Significat Effodere, eruere. Matth. 18. & Prouerb. 30. vt נִיחַצּוּנֵיהּ עוֹרְבֵי דְנַחְלָא Effodient eum corui torrentis. Exemplar Complut. habet נְצַחְצוּנֵיהּ, quod quid sit, nescio: retinenda est Venet. lectio, nam præterquam quod Syra vox est, videtur à חץ dici, Sagitta, quæ, quòd findat & perforet, dicta est. Item Syriacè חֲצִין Lumbi. Mat. 3. & חֲצָא Linteum. Lucæ 23. Et חֲצָא Lapillus. Prou. 20. desiderabatur in Venetianis.

חֲצַב Hebraicè, Dolauit, incidit. Deuter. 6. Inde מַחֲצָבָא Sculptilia. R. Dauid & R. Schelomoh exponunt Lapicidinas. Iudic. 3. & חָצִיב Lapis incisus. Exod. 20. in Tharg. Ierosolymit. & חֲצִיבָא Segmentum, resegmẽ, res excisa. Isa. 50. Item חֲצוּבָא idem est quod קנקן Hydria, vrceus albus. in Aruc. Et חֲצוּב Hedera. in Ber. rab. cap. 31.

Item חֲצָב est קנה העוקרא Calamus producens saccarum, melimel- significat Possidere, in hæreditatem accipere, hæreditatẽ adire, possessionis potiri. Ios. 11. Gen. 33. & Leuit. 25. Inde אַחֲסָנָא Hæreditas, possessio. Ios. 11. Inde אַחֲסַנְתָּא Num. 18. & אַחֲסָנָת in regimine. Gen. 13. Secundò חֲסַן significat Thesaurizare, thesauros recondere. in Commentariis. חַסְנָיָא ponitur pro ממגורות Horreis. Ioel 1. vt probè legit Magister Aruc. alij vt Venet. legunt אֶסְנָיָא, Complut. verò חוּצְנָיָא. Est autem חַסְנָיָא à singulari חסינה quod est, vt exponit Aruc, Cupa magna in qua reconditur frumentum, confecta ex חוצי Foliis palmarum, vel, vt vult R. Hai-Ghaon, Sepimentis calamorum, siue assularũ, quibus parietes fortificantur, ne à vẽtis propellantur & diffiniantur. Igitur חַסְנָיָא sunt Magnæ cupæ, eo modo, quo diximus, factæ, in quibus frumenta conseruantur. Huc etiam facit אֶסְנָיָא, si vera est lectio, siquidem cupa illa in qua confieri solet ceruisia אֶסְטִגְנָא dicitur. vide infrà חֲצַן.

חֲסַס Est מין עדשין Species lenticularum. vel est קְמִחָא Farina, vt volunt alii. in Aruc. חֲסָף primò idem est quod קרום, id est Panniculus circa faciẽ. in Aruc. Secundò חַסְפָּא idem est quod דרס Testa. Dan. 2. Leuit. 6. & 14. & Prou. 26. Inde מָאן דַחֲסַף Vas testaceum, siue fictile. 2 Regum 5. Videtur etiam אִתְחַסַּף accipi pro Confundi. in Esth. crederem per Caph scribendum אִתְכַּסַּף. Item חוּסְפָנִיתָא est מין שחין Species vlceris, vel גרב Scabiei.

חֲסַר vt & Hebraicè, significat Deficere, indigere, carere. Deut. 2. 3 Regum 17. & Prou. 14.

Hinc חֲסַר & חֲסִיר Carens, egens, indigus. 2 Reg. 3. & חֲסַר שְׁטָיָא אֲנָא Indigus stultorum sum ego? 1 Reg. 21. חֲסִיר רְעָיוֹנָא Vecors, amens, mente carens. Prou. 9. & חֲסִיר לַחְמָא Indigens pane. ibid. 12. In fœmin. חֲסִירָא Inops, egens, indiga. Isa. 29.

Inde חֲסִירוּת Defectus, egestas, penuria. Amos 4. Idem חוּסְרָנָא & חוּסְרָן Iud. 19. Prou. 14. & Psalm. 34. Significat etiã חַסֵּר in Pael Corrodere, peredendo carnem minuere. Hinc pro ממארת Pungens ponitur מְחַסְּרָא Imminuens. Leuit. 13. vbi scribitur סְגִירוּת מְחַסְּרָא Lepra peredens, vel, vt alij, corrodens.

חַף & חֲפָא ordinis quiescentium in vltima, idem quod נטר Operuit, obtexit. vt & Hebraicè. Gen. 7. & Ios. 24.

Inde חוּפָּה Operimentum, tegmen, velamen. Num. 4. & Iob 26. Idem Syriacè תַּחְפִּיתָא 2 ad Corint. 3. Item חפוי Operculum, operimentum. Exod. 38. & Isa. 30.

חוּפָּה significat Thalamum. Psalm. 19. Hebræum est. De quo Elias in hunc modũ ait in Thisbi: חפת חתנים פירש הרלק מקום הסתרת הכלה עם החתן נקרא חפה ואנחנו קוראים חבגד שכורשין על ראש החתן והכלה בארבע ברים בשעת הקדושין חפה מלשון המקרא כי עלכל כבוד חפה וכן כחתן יוצא מחפתו והם לשון כסוי כמו חופף עליו כל היום ובלעז באלראקינו ובלשון אשכנז הימל: Id est, Thalamus nuptialis. R. Dauid Kimchi interpretatur locũ vbi se abscondit sponsa cum sponso vocari חֻפָּה: nos autem vocamus vestem illam, quam super caput sponsi & sponsæ, cum quatuor vectibus explicant ea hora qua fit desponsatio, חֻפָּה: ex eius Scripturæ contextu Isa. 4. כִּי עַל כָּל כָּבוֹד חֻפָּה Quoniam erit super omnem gloriam protectio, siue conopæum. Et Psalm. 19. כְּחָתָן יוֹצֵא מֵחֻפָּתוֹ Tanquam sponsus prodiens de thalamo suo. Significatio huius vocis est ab operiendo. vt Deut. 33. חוֹפֵף עָלָיו כָּל הַיּוֹם Contegens super eum tota die. Italicè *Baldachino*, Germanicè Heimel, Vmbella vel tentorium. Hæc ille. Deinde חֻפָּה in Midras Tehillim, hoc est, In expositione Psalmorum, significat Absconsionem siue thalamum; quo nomine intelligunt Hebræi Messiach, qui est locus præparatus montis Ziõ, Isaiæ 4. Item Syriacè חוּפָּא Operculum. in libr. Rit. Seueri Patriarchæ.

חֲפַף Ordinis duplicatorum, significat primò idẽ quod גנן Protexit, defendit. Thre. 3. saltem vt Pagninus dixit. Ego verò minimè reperio, nisi pro מְגִנַּת לֵב Cordis duritate, vel obstructione, חֲפִיפוּת לִבָּא Tristitia, vel cordis velamentum, & hoc quidem in Aruc. Complut. & Ven. habent תְּבִירוּת Fractio, vt & R. Schelomoh מְגִנַּת exponit. & quidem illud חוֹפֵף Protegens. Deut. 33. Hebræum est, pro quo Chaldæus מָגֵן reddidit. In Ithpael Incubare. vt עַל בְּנוֹהִי מִתְחוֹפֵף Super pullos suos incubat, melius Obuelat, vel contegit, vt iam explicuimus in חִסְרָף. Deuter. 32.

Secundò significat חַף & חֲפַף Dolere, tristari. in Aruc.

Et חוּפָּאָה Membrana, pannusue ad inuoluendum. in Zoh.

חסד eiusdem sunt rationis. quippe quemadmodum Misericordia, siue probitas est boni accessio, & compensationis amplitudo, sic & opprobrium seu criminatio: nempe, vult dicere, Additio flagitij, & ignominiæ turpitudinisue redundantia.

& גנות Incongruitas, ſolœciſmus. & מעשים מגונים Opera turpia. Huius verbi vſus eſt tantùm in Piel, eſtque Rabbinis familiaris, vt notat Elias in Thesbi: ideo ſcribendum גנה, & in Benoni מגנה, in Paul מגונה, & ſic per totam coniugationem. In paſſiuo אתגני ſignificat Euadere, ſeſe ſubducere. Iohan. 5. in Euang. Secundò גנא ſignificat Accumbere, iacere, dormire. Iob 40. & Pſalm. 78. in Midras. Tertiò Claudere & prohibere. Iſa. 25. & in Ber. rab. cap. 12. & 95.

Et גני Conuiuari, menſæ accumbere. in ſecũdo Thar. Eſth.

Item גיניאך Iſa. 65. & 66. inuenitur poſitum pro גנות Hortis, vt eſt in Venetianis & in Elia. In Complut. nunc גינך nunc גניאך legitur. quomodo verò ſit legendum, non teneo, niſi forſan videtur ſcribendum גינן vel גינאן Horti, vbi tamen א redundaret, vel גנונן ſeu גינונן Vmbracula, à גינון ſiue גנונא, de quo ſuprà. Solebant enim, vt patet ex multis Scripturæ locis, ſub arboribus frondoſis vel vmbriferis immolare.

בדברי רבו' זכר' לבר' מגמגם בלשונו והשם גמגום פירוש מי שאינו יכול לבטא דבריו יפה נקרא מגמגם ונקרא גם כן פסילוס וקטע לשנא בלשון אשכנז שטאמלן ובלעז טארטליא: Id eſt, Apud Rabbinos bonæ memoriæ legitur, Balbutiens lingua ſua. inde nomen גמגום Balbuties. Expoſitio. Qui bellè non poteſt locutionem ſuam proferre, Meghamghem vocatur, qui & Peſilus dicitur, balbus; & linguam præciſus, Germanicè ſtamlen, vulgò *Tartaliã.* Hæc ille. אתגמגם in paſſiuo ſignificat Inſiſtere, diſceptare, verſari. in Zoh. Et גמגימא eſt Nomen ſpiritus impuri, forſan ſic dicti, quòd mutos aut balbutientes reddat, quos inuadit. in Zoh.

גמד Rugare, rugas contrahere. in Aruc. Significat etiam Pannum quo os & faciem inuoluimus contra frigus, Gallicè *Vne barbutte.* Item גומד eſt idem quod אמה Cubitus, ſeu menſura cubitalis. in Aruc. Vnde גמד Pygmæus, cubitalis homo: apud Ezechielem in contextu Hebr.

גמרא eſt Nomen cuiuſdam ſapientiſſimi viri. in Aruc.

Significat & Latitudinem. in Aruc. Et גמיד Ineptus, impeditus. vt גמיד בידיה Impeditus dextra, ſcæuola, qui ſiniſtra cet ſiniſter eſt. Iud. 4.

גמז Germen, flos, fructus ſimilis ficubus. in plurali גמזיות, Arabicè גומז dicitur.

גמטריא Pſalm. 5. & 27. in Midras. vel גימטריא היה מלה יונית ממש לשון חשבון או מנין ברפי על הגימל ובערוך מפרש אותה בענין אחר ולא נהירא: Id eſt, Ghimatria eſt dictio planè Græca, ſupputationem ſiue numerum ſignificans, cum Ghimel leniter prolato. in Aruc tamen in alia ſignificatione exponitur, ſed non dilucida. Hæc Elias.

גמלא Camelus. Gen. 24. In plural. גמלין & גמלין Cameli. 3 Reg. 10. Et גמלא Gen. 24. & Iob. 1. Extat apud Matthæum capit. 19. Chriſti dictum παροιμιῶδες, quod ſic habet vernacula ipſius Ieſu Chriſti lingua, דחליל הו לגמלא למעל בחרורא דמחטא או עתירא דנעול למלכותא דאלהא: Id eſt, Facilius eſt Camelum ingredi per foramen acus, quàm diuitem ingredi in regnum Dei. גמלא quoque ſignificat גשר קטן Pontem paruum ex tabulis confectum, ſiue tabulam vice pontis poſitam. Item גמל, vt & Hebraicè, ſignificat Rependere, retribuere. Gen. 50. Inde גמלא & גמלא Iſa. 59. & גמולות Mich. 6. Retributio, compenſatio, penſitatio. plural. גמלין & גמלא Retributiones. Pſalm. 116. & Iſa. 59.

גומלא Copula, coniunctio, par. in Aruc.

גמם Inſtrumentum dotale. in Aruc. גימון Lignum aut paruum iugũ quod collo vituli imponitur ablactandi gratia. item Filum aureum. in Aruc. גומסיוק Inſtrumentum dotis; aliâs legitur גמיקוס in Sch. rab. cap. 46.

גמע Abſorbuit. Iob. 39. & in Vaic. rabb. cap. 22.

גמץ Fodit. Pſal. 7. Inde גומץ Fouea. Eccleſ. 10. Idem גומצא Prouerb. 22. Complut. גומצא ſine Aleph rectiùs.

גמר Primò ſignificat idem quod חרם Exterminauit, deleuit, confecit. Deut. 20. & Ioſ. 10.

Secundò ſignificat Perficere, abſoluere. Inde גמור Conſummatus, perfectus: & גמירא Conſummatio, perfectio, totum, vniuerſum, diadema, corona. & Syrè לגמר Prorſus, omnino. Luc. 13. & לגמרי Abſolutè, omnino. in More. lib. 1. cap. 32. Et גמיראות Perfectè, abſolutè. Act. 22. Et גמירותא τέλειον, Perfectio, complementum. 1. ad Corinth. 13. Item Syrè גמורא Perfector. ad Hebr. 12. & סור גמור Secretum abſolutiſſimum. in Commentariis. Item גמיר Holocauſtum, ſacrificium perfectum. Deut. 33. Et גמרא Suffitus, diſciplina, carbunculus. in Aruc. Et מעיל גמיר Pallium totum. Exod. 28.

Et גמר Perfectio, vel potiùs opus aliquod perfectum, aut res omnibus numeris abſoluta. Ezech. 23. & 27. Elias cum Iod legit גמיר, ſed melius alij ſine Iod, vt Bahal Aruc.

Vocatur etiam גמרא Concluſio determinata. Proinde lingua Chaldaica ab Hebræis vocatur לשון גמרא, quaſi dicas Linguam perfectam. Inde & particula וגומר frequens in Commentariis, cuius vſum Elias ſic explicat in Thisbi, נוהגין רז"ל בדבריהם כשמביאים פסוק אחד ואינם משלימין אותו כדי לקצר שלשה או ארבע תיבות כותבין וגומר והוא פעל יוצא רועה לומר הפסוק משלים דברו: וכאשר מביאים מאמר מדבריהם ואינם משלימין אותו

2. Tharg. Et גְּלִימוּ Inuolutio. in Zohare. Secundò גוּלָם significat Corpus adhuc imperfectum & informe, hoc est Embrio. Hebræum est. Tertiò גַּלְמִתָּא & גְּלִמְתָּא idem est quod גבעות Colles. Psalm. 65. & 114. & גְּלִימָתָא Idem. Num. 23. Deut. 12. & 33. in Tharg. Ierosolymitano. Item Iob 39. גְּלִימָא ponitur pro עמק Vallis. Et dicit Elias mirum esse quod Tharg. reddat eodem verbo duo inuicem contraria, vt est Collis & Vallis. Præterea גוּלְמִין גוּלְפִין, sunt Instrumenta dissipantia ad neces varias comparata. Esther 9.

גֻּלֶם significat etiam Attonitum, bardum, stupidum, & ignarum. חותם של טבעת est גַּלְמַחְרָא Sigillum anuli, aut sigilli impressio. in Aruc. גַּלְמִישׁ vel גוּלְמִישׁ est Genus cedri, in plurali גַּלְמִשִּׁין Cant. 1. & 5.

גּוֹלֶם Idem quod צורה Forma, figura, typus. Psal. 92. in Midr. aliâs גְּלוּסְטְרָא Claustrum. in Aruc.

גְּלוּסְקָא idem quod ככר Torta panis, placenta. Psal. 4. in Midr. & in Ber. rab. cap. 89. Thren. 2. in Midras.

גְּלוּסְקְמָא idem quod תיבה Arca, capsa. Gen. 50. in Tharg. Ierosolymitano. Et גְּלוּסְקְמָא Græcè γλωσσόκομος, Latinè Marsupium. Iohan. 12. & 13. in Euangelio.

גַּלְסְקָר est כסות עברה Operimentũ crassum laneũ. in Aruc.

גְּלַע Cogitare, imaginari. & discooperire. in Aruc.

גְּלָעָן idem quod גרעין Grana. in Aruc.

גְּלַף Primò significat חקק Sculpere, describere. 3 Regum 6. Inde גְּלוּף Sculptura. Hag. 2. Item גְּלִיפָא תְּרֵיצָא Insignia recta, vel sculptura seu cælatura recta. Hinc גְּלִיף Sculptus. Cant. 4. & גְּלַף דְּעִזְקָא Impressio, vel obsignatio anuli signatorij. Exod. 28. Item גְּלִיפָא est Manifestatio, declaratio. Psalm. 119. in Pe litera. sed & Descriptio impressióue verti potest. Secundò גוּלְפִין sunt Vasa testacea, vrcei, metretę. Item גוּלְפִין Instrumenta quædam dissipatoria. habes suprà in גלם.

גְּלַשׁ Primò significat Rasit, depilauit. Leui. 13. Hinc גְּלוּשָׁתָא & גְּלוּשׁוּתָא aliâs גַּלְשׁוּתָא Rasura, vel sincipitis caluitium. & גְּלוּשׁ Recaluaster. ibidem. גַּלְשׁוּשִׁיתָא Tumulus. Cant. 4. vide suprà גַּבְשׁוּשִׁיתָא.

Secundò גְּלַשׁ in Aruc est Efferbuit, ebulliuit.

גֻּלְתָּא Toga. Deut. 21. in Tharg. Ierosol. גוּלְתָּא Lenticula, vas rotundum. Zachar. 4. vide iam supra.

גֵּם siue גַּמָּם, ordinis duplicatorum, est idem quod כרת Succidit, amputauit. in Ber. rabb. cap. 31. Secundò idem est quod בלע Absorbuit. Significat etiam Digerere: inde אִינּוּמֵי Digesta. Et גּוּמָא est Fouea, & locus quilibet profundus. Hinc גּוּמְתָּא Fouea. Iob 39. quidam Absorbitionem exponunt. Et in Thesbi scribitur, נחום איש גם זו אומרים שנקרא כן כי צדיק היה וכל מה שאירע לו אמר גם זו לטובה: ובערוך משמע שגמזו מלה אחת והוא שם מקום שנאמר וְאֶת גַּמְזוֹ וְאֶת בְּנוֹתֶיהָ: ואומר אני שלפי זה היה ראוי לחקרא איש גִּמְזוֹ הגימל בחירק: Id est, Nachum vir Gamzo. Aiunt eum sic vocatum fuisse, quòd iustus esset, & quicquid illi accideret, solitus erat dicere, גַּם זו לטובה Etiam hoc ad bonum, siue, Hoc quoque in bonum succedet. In Aruc verò docet (auctor) Gamzo vnicam esse dictionem, & esse nomen loci, de quo legitur 2. Paralip. 28. Ghimzo & filias eius, seu vicos eius. Ego autem dico, quòd si ita esset, videretur legendum, Vir Ghimzo, Ghimel habente chirek. Hæc Elias. Præterea גַּם est Gamma Græcum, quod est instar ך conuersi Γ: vnde ait Elias, ברברי ר"ל מושחין הכהן גדול כמין גַּם יְוָנִית פירוש אות אחת בכתיבה יונית הנקרא גַּמָּא וצורתה כגון דלית הפוכה כזו Γ. Id est, In verbis Magistrorum felicis memoriæ legitur: Vnguntur summum sacerdotem, eo modo quem præ sefert Gamma Græcum. Expositio. Litera quædam in scriptura Græca extat, quæ Gamma vocatur, cuius figura similis est Daleth inuerso, sic ך, Γ. Item גּוּמָא & גֻּמָּא est Iuncus. Isaiæ 19. Exod. 2. & Iob 8. plur. גּוּמֵיָא Iunci, carecta, prata. Gen. 41. in Tharg. Ierosolym. & alia forma גֻּמִּי Iuncus. in Beress. rab. cap. 7.

גַּם quoque significat, Vi quempiam cibare. in Aruc.

גמ" in Rasse tevoth, vel potiùs est abbreuatio, valet גְּמָרָא Pars Doctrinalis Hebræorum, vbi absoluuntur & deciduntur quæstiones. Illud enim diuiditur in duas partes, prima vocatur Misna, secunda vocatur Ghemara; ambæ verò dicuntur Doctrinale.

גִּמְגֵּם Sibilauit, sicut Ephratæi pronuntiantes Samech pro Schin. Inde מְגַמְגֵּם Balbus. Vnde Elias in Thisbi: in lingua Græca bonum sonat nuntium. At Rabbini, faustæ, inquit, quin potiùs infaustæ memoriæ, inuertunt nomen eius אין גליון id est, Mendacium, siue iniquitas voluminis, quod Bahal Aruc interpretatur pro libidine sua. In cuius vocabuli interpretatione aut potiùs deprauatione vides, bone lector, quomodo verpi illi Iudæi, nihil non comminiscuntur, vt sacrosanctum Euangelium calumnientur, quod tamen amplectantur necesse est, si salui esse velint. גְּלָאבְסִינוּן Tunica, vel interula. in Ber. rab. cap. 21. גַּלָּב Tonsor, barbitonsor. pluraliter גַּלָּבָיָא Barbitonsores. vel secundum R. Schelomoh רצענים Sutores. Ezech. 5. Et גְּלָבָא Nouacula. in plur. גִּלְבִּין Cultelli tonsorij. in Ber. rabb. cap. 81. מַגְלָבָא idem est quod מתג Frenum. Pro. 25. vt Aruc & Complut. legunt.

Elias sine Aleph מַגְלָב: Venet. legit per Caph מַגְלָכָא, quasi squamatum vel loricatum capistrum. nam 1. Sam. 17 vbi Heb. est ושריון קשקשים id est, Et lorica squamarum, reddidit Tharg. וְשִׁרְיָן גִּלְכִין vt legit Aruc & Elias. Complut. tamen & ibi גִּלְכִין habet. mihi verò placet expositio Eliæ, qui מַגְלָב illud exponit per רְצוּעָא Corrigiam, videlicet vt מַגְלָב לְחַמְרָא Lorum asino significet. Eiusque etiam sensus dicit esse גְּלַב Ezech. 27. vbi rursum exemplar Complut. manuscriptum habet גְּלַף Sculptura, impressio. vel iuncto cum nomine præcedente, בְּעִזְקַת גְּלַף In anulo signatorio. גּוּלְבָא Zea, spelta. גַּלְגָּן est Species herbæ, quam vocant Latini אֵירְבָא לוּצָא id est, Herba lucis.

גְּלַב Significat idem quod שבח Laudauit. in Ber. rab. cap. 36. & in Vaic. rab. cap. 10. & 25. & Psal. 87. in Midras.

Item גְּלוּג significat Glocitare, vocem gallinæ emittere. in Zoh. חרום est גְּלוּגְרָקָא Scabellum pedum. Thre. 2. in Aruc. גְּלוּגְרִיקָא. in Ven. גְּלוּגְרָק ponitur pro כִּירוֹר, quod est Hippodromium. Elias tamen existimat Suppedaneum esse, quod supponitur pedibus regis. Exemplar Complut. habet לְאִיסְתַּחְרָא בְּלֶגְיוֹנִין Vt circumeat vel circumcurset per legiones. Iob. 15.

גֻּלְגַּס siue גּוּלְגַּס idem quod רומח Lancea, hasta. Ruth 2. in Midras.

גְּלַד vnde אִתְגְּלִיד Addensari, agglomerari, congelari. in Zoh. Et גֶּלֶד siue גִּלְדָא Crusta, vel cutis, secundum alios. Iob 16. in plur. גִּלְדִּין aliâs גּוּלְדִּין Pelles. Ezech. 27.

גְּלִיד & גִּלְדָא Gelu, glacies, frigus, crystallum. Ier. 36. Gen. 4. Psal. 147. & Ezech. 1. Est etiam גִּלְדָא Solea, pars calcei inferior. in Aruc. גּוּלָד Glomus, tunicula, corpus sphæricum, quale ferè est cepe. Vnde secundum Hebræos vnum Elementum, & vnum cælum ambit & includit aliud sicut גולדים Tuniculas in cepa. גִּלְדָנָה Magnus quidam piscis. in Aruc.

גְּלָה Idem quod נגה Splenduit. in Aruc. Et גְּלָה Babylonicè, vt & Hebraicè, Migrauit, exul fuit. Vnde הַגְלִי in Aphil, Migrare fecit. Ezr. 4.

גַּלַּח vel in Pael, Rasit. אִתְגַּלַּח Rasus est, vel areola capitis insignitus. Iud. 16.

Inde גִּלּוּחַ Rasura. Isa. 15. Vnde dicit Elias in Thesbi: לפי שכהני אלוה הנוצרים מגלחים פאת ראשם לכך נקראו גַּלָּחִים והיחיד גַּלָּח חלמד דגושה וקמוצה על משקל גנב גנבים ויש מין אחר הנקראים כומרים ובשרש כמר אפרש החפרש שביניהם: Id est, Quia sacerdotes dei Nazarenorum detondent angulos capitis sui, ideo vocantur Galachim, Tonsi seu rasi: & in singulari גַּלָּח Lamed affecta daghes & cum puncto camez, qua forma dicitur גַּנָּב גַּנָּבִים. Est & aliud genus sacerdotum, qui vocantur Cumarim, Sacrificuli, idolorum sacerdotes; & in radice כמר explicabo quidnam sit discriminis inter ea. גִּלְחִי Nomen loci vel vrbis in terra Sodomæ.

גְּלִטּוּרִי Pentaculi, breuia, amuleta. גַּלִּיאָסִין Galeę. Thren. 2. in Midras. גַּלְיָא Gallia. Psalm. 22. in Midr. & in Vaic. rab. cap. 29. גּוּלְיָר Præpositus equorum. Esth. 6. in Tharg. Ierosolymit. Lingua Germanica Renner/ id est Cursor, Italicè *Ragazzo*, Gallicè *Escuier*. גְּלִיוֹר Pedester miles, & qui lingua Italica dicitur *Staffiero*. in Ber. rabb. cap. 65.

גֶּלֶד idem quod קשקש Squama. in Aruc. Inde שִׁרְיָן גִּלְכִין Lorica squamarum. 1 Reg 17. vbi, vt suprà dictum est, Comp. & Venet. legit per Beth גלבין. Aruc & D. Kimchi per Caph, aitque reperiri per Beth in emendatis codicibus, & significare קלפין, id est קשקשת Squamas, Gallicè *Email*.

גָּלַם Primò significat Amicire, inuoluere. Inde גְּלִימָא Amictus, pallium. Esth. 8. in

rab.cap.27. Significat & בֵּן גִּיל Amicum,& qui cum alio sub eodem Planeta natus est. vt iam diximus in גִּיל.

גּוּלְגַּלְתָּא est Cranium capitis, caluaria. Iud.9. Inde vocatus est locus ille, vbi Dominus & Redemptor noster crucifixus est: quamuis paulò aliter scribatur in Syriaco exemplari,quod sic habet. Ioh.19. וַאפְקוּהִי כַּד שְׁקִיל זְקִיפָה לְרוּכְתָא קַרְקַפְתָּא עֲבְרָאִית דֵּין מְתְאֲמַר גַּגוּלְתָא: Id est, Et eduxerunt eum baiulantem crucem suam in locum cranij, Hebraicè autem dicitur Gogultho. Hebraicè autem hoc in loco, vt & in nonullis aliis Euangeliorum locis accipiendum est pro Syriacè. Tunc temporis enim lingua vulgaris Hebræorum erat Syriaca, sicut Romanorum, & Latinorum nũc est Etrusca siue Italica. Cæterùm verâ Mosis & Hebræorum monumentis conseruata linguâ, locus ille vocaretur גּוּלְגּוֹלֶת Capitis cranium,à rotunditate sphærica dictum. Quod indicare voluimus,eorum potissimùm causa qui putant in Græcis voluminibus, tam in hoc loco quàm alibi, conseruatas fuisse voces purè Hebraicas,non Syriacas, seu Hebraicas vulgares, quibus & ipse Dominus noster IESVS CHRISTVS & virgo Deipara, omnesque Apostoli vsi sunt, quamuis nonnulli eorum etiam Græcè scripserint. Significat & גּוּלְגַּלְתָּא Caput alicuius summæ. Num. 16. in plurali גּוּגַּלְתָּא Capita, summæ. ibidem 30. Et גּוּלְגָּלוּת Census, tributa capitatim personis imposita.in Vaic. rabb.cap.29. Item גִּילְגּוּל est Limes loci tortuosi,inuolutio. in Aruc. Et גַּלְגָּלָא Isa.17. & Psal.83. Stipula. sic dicta, inquit Kimchi, quòd voluitur à vento præ nimia leuitate.Sed R. Schelomoh ait, caput esse cardui similis illius, quo vestes laneæ carminantur, quod caput tempore hyemali euellitur, & excutitur à calamo; illud verò quod est euulsum, dicit similitudinem rotæ plaustri referre.

Et גַּלְגַּל Circulus eccentricus.in More. lib.2.cap.11.

Item גַּלְגֵּל significat Dulce fieri,vt oliue. מְגוּלְגָּלִין Dulces effectæ. Item Cessare. inde גְּלוּגִּלִין Cessatio. & Torrere, ac congerere. Et בְּגַלְגַּל idẽ quod בְּעִבּוּר Ob, propter, propterea. Psal. 6. & in hac significatione sæpè præponitur ei מִן, vt מִן בְּגַלְגַּל Eccl.4. Insuper גַּלְגַּל est Vas è stercore bouis.in Aruc.

גְּלָא & גְּלַהּ ordinis quiescentium in vltima, primò significat Reuelauit. 4 Reg.6. & Amos 4. & גְּלֵי Manifestum est,declaratum est,innotuit,Daniel.2.& ibidem גּוֹלֵה רָזִין Reuelans arcana. In passiuo אִתְגְּלֵי Discoopertus seu reuelatus est.2 Reg.6. Inde נְבוּאָה גְּלָיָא Prophetia manifesta.1 Reg.3. Significat etiam Eminentiam, euidentiam. Inde quoque Syris בְּגַלְיָא Aperte, manifestè. cui opponitur בְּטוּשְׁיָא In occulto, clãculum. Iohan. 7. & alibi in Euangelistis aliis. Item בְּגַלְּוֵי In manifestatione,apertè.Esa.51.Hos.10.Elias dicit se,quid sit,nescire, nisi quod suspicatur esse idem quod בְּמַהֲרוּת Festinanter.Idẽ. בְּגוּלוּ Manifestè,apertè. in Comment. Et גְּלְיָנָא Reuelatio, oraculũ: vt גְּלְיָנָא דְיוֹסֵף Reuelatio Iosephi id est,facta Iosepho. titulo 2. Matth.1. & גַּלְוָאוּת Palàm,manifestè.Iohan.7.in Euangel. Itẽ גַּלְוָיוּת אַמָּא significat Fiduciam,audaciã.1.Iohan.4. Secundò גְּלָא significauit Exulare,transmigrare Isa.5. Ierem.29. & in Aphel אַגְלָא & אַגְלֵי, Eiecit, loco mouit, transtulit, extorrem egit.4 Reg.13.& 16. Inde גַּלּוּתָא Dan. 6. & גָּלוּתָא Transmigratio,exilium,captiuitas. Deut.30. Syriacè גָּלוּתָא Matth.1. Et גִּלָּא idem est quod קַשׁ Stipula,festuca.Iob. 13.

In plurali גִּלֵּי Exod.5. & Iob 41. Et Syriacè גְּלָא Festuca.Matth 7. Significat etiam גִּלָּא idem quod דַּלְתָּא Ianua, porta. in Aruc. גִּלְיוֹן vt in hunc locum Isa.8 interpretatur Elias, קח לך גִּלְיוֹן רש״י פירש מְגִלָּה והרל״ק פירש אִגֶּרֶת ויונתן תרגם לוּחַ ואנחנו פותרים אותו בלשון אשכנז צ״ל ובלעז פוליצ״א וגם קוראים אנחנו מה ש״מעלה ולמטה וכצדדי הדף חלוק בלי כתיבה גְּלְיוֹנוֹת ובלעז מרג״ני והנוצרים קורין לתורה החדשה שלהם אֶוַיְנְגְּלְיוֹן ברפי על הגימל והוא בלשון יון בשורה טובה ורבותינו ז״ל הסכו שמו אֶוַן גְּלְיוֹן ובעל הערוך פירש מרג״ שפירש: Id est, Sume tibi Ghilaion. Rabbi Schelomoh exponit מְגִלָּה Volumen. Et R. D. Kimchi Epistolam. Ionathan verò interpretatur לוּחַ Tabulam. nos Iudæi, inquit, Germanicè interpretamur Einzetel/Italicè *Poliza*. Quinetiam quod est supremum & infimum folij, nec non latera eius, vbi nulla est scriptura,nos vocamus גְּלְיוֹנוֹת, Italicè *Margine*. Cæterùm Nazareni (Christiani) vocant nouã illam legem quã habent, אוונגליון Euangelium, Ghimel leniter prolato, quod & ipsum in lingua In locutionibus Magistrorum nostrorum, quorum felix faustaque sit recordatio, legitur: Verba dura tanquam גִּירִין, est autẽ herba amara. Vnde Chaldaica Paraphrasis in hunc locum Prouerb.5. Et nouissimum eius est amarum velut absynthium; sic habet, Amara tanquam גִּירֵי Absynthia. Germanicè wermut. Gallicè *Aluyne*. Porrò גִּירָא est Coriandrum. Exod.16.& Numer.11. גִּיחַ Nomen loci. 2 Reg.2.

גֵּיל Coæuus,par, Daniel.1. vt exponit quidam. Aliis verò est Conditio, status, qualitas. Dicunt enim omnes Hebræi eiusdem esse significationis cum בֵּן גִּילוֹ, quod inuenitur in verbis Rabbinorũ, & exponitur ab Aruc בֵּן מַזָּלוֹ Filius fortunæ eius, id est, Eiusdem conditionis. R. Schelomoh interpretatur דּוּגְמָה Paritas, æqualitas. Item, sed malè, גִּיוּמְתָּא Dormitatio.Iob 33.rectè Elias & alij scribunt נִיוּמְתָּא.

גִּיּוּת Paganismus, Gentilitas. & verbaliter, in infinitiuo בְּגִיּוֹתָן Dum essent gentes. in Commentariis.

גֵּיס idem quod חַיִל Exercitus. Psalm. 65. & Psalm. 18. in Kimchi. Et Syrè,Marc.14 גִּיסָא Latro, sicarius.

גִּיֵּר In Pael, ordinis quiescentium in secunda, de quo etiam in גּוּר. Proselytum fecit, ad cohabitandum assumpsit. גִּיר & גִּירָא Iaculum,sagitta. In plurali גִּירִין 1 Reg. 20. & 2 Reg. 19. & גִּירָיָא 1 Reg. 20. & cum duplici Resch גִּירְרַיָּא Ier. 50. & 51. & גִּירְרִין Psalm. 120. Item Gen. 27. in Tharg. Ierosol. בֵּית גִּירָךְ Domus sagittarum tuarum, pharetra tua. & גִּירֵי קַשְׁתָּא Sagittæ,arcus. 2 Reg.1.

Et גִּירָא דִּיכְתַל Superficies, vel potius calx parietis. Dan. 5. vide גַּר. Item Syriacè גֵּיר idem quod γάρ, Nam,enim, nempe: particula frequens in Euangeliis.

גְּלַל Significat Voluit, reuoluit. In passiuo אִתְגְּלַל Conuolutus est. Gen.42. Ier.31.& 3 Reg.3.in Venet.& Complut. exemplaribus. Elias his in tribus locis legit אִתְגַּלְגַּל,sensu eodem manente.Hinc מִתְגַּלְגְּלִין Conuoluentes se,vel conuoluti.Iob 30. גּוּלְגָּלִין Stercora. 3 Regum 14.& Ezech.4. גַּלֵּי. גַּל Fluctus. in plurali גַּלִּין Fluctus,vndæ maris. Ierem.5. גַּלֵּי יַמָּא Fluctus maris. Zachar.10. in plurali גַּלְגַּלִּין Psalm.44.& גַּלֵּי יַמָּא Fluctus. Psalm. 104.& Iob 30.

Item גַּלִּין significat Cumulos lapidum. Isa.25.& 37.& 4. Regum.19. hoc tamen postremum Fluctus & vndas, si rectè nescio,tradunt significare. Hinc & גְּלִילָא Galilæa.Ezech. 47. & 3 Regum. 9. vnde & Dominus noster Iesus Christus Galilæus est appellatus. Significat & גְּלִילֵי Limites seu confinia.Ios.22. מְגִלְּתָא & מְגִילְתָא Volumen. Zachar.5.& Ezech.3. & מְגִילַת סִפְרָא Volumen scribæ. Iere. 36. & מְגִלַּה Esd. 6. גַּלְגַּל Vtraque litera duplicata, primò significat Rotam,qualis est in curru.Ezech.1.in plur.ibid. גִּילְגְּלָא Rotæ. in reg. גִּילְגְּלֵי עֲגָלָא Rotæ plaustri. Esa. 28. & גַּלְגְּלוֹהִי Rotæ eius. Daniel.7.vt interpretantur R. Abraham, Haghaon,& Dauid Kimchi. licet sit qui dicat ibi exponi pro Facie, propter orbicularitatem suam. & Syrè גִּיגְלָא Rotæ. Iacobi 3.

Secundò significat Sphæram siue circulum. In plurali גַּלְגַּלִּין Circuli.3 Reg.7. Tertiò significat Cælorum orbes, vt dicit Elias, נקראו השמים גַּלְגַּלִים שנאמר קול רעמך בְּגַלְגַּל לפי שהם סובבים תמיד והם שבעה שבכל אחד מהם אחד מן שבעה כוכבי לכת שסמנם חנכ״ל שש״ם פירוש חמה נוגה כוכב לבנה שבתאי ארק מאדים: Id est, Vocantur cæli גַּלְגַּלִים (per ם Hebraicè, Chaldaicè per ן) sicut dicitur (Psalm.77.) Vox tonitrui tui in Sphæra. eò quòd ipsi iugiter circumeant.Sunt autem septem Galgalim,siue Orbes, quorum vnusquisque continet vnam ex septem stellis erraticis. Harum signum est חנכ״ל שש״ם id est, Sol,Venus, Mercurius,Luna,Saturnus, Iupiter,Mars. Præterea גִּילְגּוּל est Pupilla,seu orbiculus oculi.Psal.17. Aliâs in Elia גַּלְגּוּל, Complut. בַּת גַּלְגַּל Filia oculi,pupilla. In plurali גִּילְגְּלִין Isa.11.

גּוּלָּל est Operimentum capsæ,vel monumenti mortuorum. in Aruc. & גּוּלְגָּלָא Iob. 14. גֻּלָּל est Bacca,& dens.

גִּילוּלִין Idola sordida, & simulachra. Numer.23.

Et אֶבֶן גֻּלָּל est Lapis marmoreus, vt interpretantur R.Schelomoh & Dauid Kimchi. R.verò Abraham Lapis, quem ob ingentem grauitatem deuoluere necesse est. Ezr. 5.

Item גּוּל & גּוּלְתָּא Vestis, toga, quòd complicatur sic dicta. in Ber.rab.cap.11.& 36. In plur. גּוּלְתָּחוֹן,aliâs in Aruc גּוּלִיחוֹן Vestes eorum. Num. 15. & גּוּלְתְּכוֹן Vestes vestræ. Deut.22. in Tharg.Ierosol. גּוּלְתָּא Zachar. 4. est Vas rotundum, phiala rotunda. גֵּיל Malleus tintinabuli & campanæ. in Vaic.

לשמרות גזרות שגוזרין עלינו חאמות גזרות והוא מלשון אשר נגזר עליה (אסתר ב׳) וכן אמרו גזרה היא מלפני בר״ע סינטלציה ובלשון אשכנז אורשיל.

Id est, Magistri nostri piæ memoriæ persecutiones, & edicta, que contra nos populi decernunt, Ghezeroth vocant. Estque nomen deductum ab illo Esth. 2. Et quid esset definitum contra eam. Huiusmodi est, quod dicunt, Decretum est coram me: Italicè *Sentencia*, Germanicè Urteil. Et paulò pòst, בחן ואין כאן מקום באורם וגזרה זו פירוש חתיכה בלשון אשכנז שתוק מלשון גזרו את הילד: Id est, Ghezerah à minori ad maius, & à simili loco: Sunt ex tredecim modis, quibus lex ipsa exponitur, de quibus non est hîc dicendi locus. Cæterùm vox Ghezerah, de qua hîc agitur, pro parte exponitur, Germanicè Ein stuck. Et deducitur ab illo loco 1 Reg. 3. Secate puerum. Item de גזרה sic subdit: המרקדקין קראו לכל חלק מהפעלים גזרה כגון גזרת השלמים גזרת החסרים וכולי פירוש חתיכת וכן נמצא ביחזקאל ותגזרה תכנה ובלשון רבות קורין אותם גזרות חגימל בחירק והזין בשוא והוא טעות וראוי לומר גזרות חגימל בשוא והזין בקמץ כמו מן שמלח שמלות וכל אלו ארבע חשרשים הנזכרים הם קרובים בענין: Grãmatici vnamquamque partem, siue ordinem verborum, nominant גזרה: vt, Ordo perfectorum, ordo defectiuorum. &c. vbi Sectionem significat. Similiter vsurpatum inuenitur in Ezechiele cap. 41. vt, Et intercisio ipsa. Et in plurali numero dicunt Ghizroth, id est Ghimel cum chirek, & Zain cum scheua: verùm hoc error est. Dici enim debet גזרות &c. Hæc in Thesbi. Item גזרי עזים Sunt greges parui caprarum. 3 Regum 20.

Et גזרון est Nomen stellæ, quæ exit per sextam fenestram firmamenti. in Zoh. col. 305. Item גזרריא est Nomen angeli ad Orientalem partem præfecti: in Zohare, col. 353.

גזית Incisus, dolatus, quadratus. 3. Regum 7. vbi legitur כמשחת גזית Quasi mensura gazith, quæ erat quinque palmorum, vt inquit Kimchi. vnde apparet non hîc גזית pro Lapide dolato accipi, nam aliis in locis Tharg. aut אבנין פסילן Lapides dolati, aut אבן טבא Lapis bonus, preciosus, transfert. Est & nomen proprium thalami templi. in Midb rab. cap. 6.

גח Idem quod אחר Tardauit. in Aruc. Et אגיח in Aphil, ordinis deficientium in prima, significat Prœlium iniit, dimicauit. 1 Regum 17. In passiuo אתגח Prœliatum est.

Significat & גח Educere. Iud. 20. & Iob 38. במגיחיה In exitu suo.

גחט Idem quod חסר Defecit, diminutus est. in Aruc.

גחך Idem quod שחק Risit, in cachinnos erupit, irrisit, delusit. Psalm. 1. & 37. גחכת Risit. in Tharg. Ierosolymitano, secundum Aruc. in Venetianis est חכת de quo in suo loco. Gen. 18. & מגחך Ridens, iocans. ibidem 19. vt citat Aruc. גחיך Idem. Prouer. 10. aliâs in Complut. חייך. Et גוחכא Risus Prouerb. 14. Derisio. Psalm. 79.

גחילנא Nomen cuiusdam auis. in Aruc.

גחן Idem quod כרע Incuruauit sese, inclinatus est. 2 Reg. 19. Esth. 3. & Psal. 20. Syriacè He ponitur pro Cheth. vt suprà videre est.

גחר Primò idem est quod אדום מאד Valde Rubeum, aliâs גיחור in Aruc. Secundò significat חור Foramen, rima, scissura, spelunca. in Aruc.

גט Libellus repudij, literæ diuortij. Deuter. 24. In plurali גיטין. additur aliquando פטורין Eccles. 7. ובעלי התוספות כותבים טעם למה נקרא גט לפי שיש בו שתים עשרה שורות: Id est, Et qui scripserunt additiones in Misnah, rationem reddunt quare vocatus sit Ghet libellus repudij, nempe eò quòd contineat tantùm duodecim lineas. Sed hæc ratio non placet Eliæ. Cur enim, inquit, hæc posset constare ratio, cùm & aliæ literæ siue שטרות veniant appellatione גט, vt גט חוב Germanicè Ein schuldbrief. Ad hæc, quid impedit quominus libellus repudij vocitetur דת vel חג vel טג, quæ & ipsa in Arithmetica 12. efficiunt? Hæc ipse Elias in Thesbi.

גיא בן הנם Vallis filij Hinom. vide suprà in גיהנם. Item גיא Nomen loci. 1 Regum 17. גיידור in Græca vulgari γαιδαρος Asinus, suprà גרדון. גידא Neruus. Gen. 32. In plurali גידין Nerui. Ezech. 37. & גידא Iob 10. לענה est Absynthium. Plural. גידין Ierem. 9. & Thren. 3.

Itē Elias scribit בדברי רבותינו זכרונם לברכה רברים קשים כגידין והוא עשב מר: תרגום ואחריתה מרה כלענה: מרדין בגידי: Id est, In locu-

retribuere, siue bonum, siue malum. Item Syriacè גוא significat Deficere. Lucæ 12. גזיב Nomen loci. in Aruc.

גיזבר Thesaurarius, thesauris præfectus. In plurali גזברין Eccl. 2. secundum Eliam. vide גרבר. & גזברייא Ezræ 7. גוזטרא est Tabulatum muro adiectũ. in Schem. rab. cap. 15. Et גוזטרא seu per Caph כוזטרא citatur ab Aruc pro גזרה, id est, Cubiculo ab æde separato. Ezech. 41. Alij habent ביצורתא Arx, munitio. de quo diximus in Beth. Item גזה vel גזי in Rasse tevoth valet גזרת השם vel האל Decretum Dei: & præposito ב, sic בגזה id est בגזרת השם, vel מ sic, מגזה pro מגזרת השם Decreto, vel Ex decreto, & ordinatione Domini. At גזי vel מגזי non est Rasse tevoth pro גזרת Decretum, & מגזרת Ex decreto, vbi sine punctis ad indicandum tseri, vt fieri solet, adiectum fuerat Iod. Aliud est in re Grammatica מגז, quod legendum מגזרת Ex trunco, vel excisione, cùm ab aliqua radice deflexum aliquid significare volunt, vel ex eadem sumptũ significatione, frequens apud Aben Ezra. גם id est, גם כן Etiã sic, itidem, similiter.

גזל Rapuit, vt & Hebraicè. Leuit. 6. & Ezech. 18. Inde גזלא Rapina. ibidem. Et גזלתא Rapina, honor sibi non debitus. in lib. Rit. Seueri Patriarchæ. Et גזלן Raptor. in plurali גזלנין Raptores. in Zohare. Item גוזלין Pulli, pipiones. Cant. 4. & גוזליה Pulli eius. aliâs in Complutensi גוזליתהא Psal. 84.

גזם Primò significat Vlcisci, minari, odio habere. Iob 30. vbi in Veneto perperam habetur תתזמינני, scribendum est enim תגזמינני Minitaberis mihi. & Prouerb. 16. vide גזה. Hinc גזמא Vltor, minax, aduersarius. Psal. 8. non Vltio, vindicta. Secundò idem est quod חרף Exprobrauit, probris affecit. Tertiò hyperbolicè loqui. Inde גזמא est hyperbolica & communem fidem excedens locutio, qualis est Psal. 6. Lectum meum lachrymis meis rigabo. Item, Turris extructa vsque ad cælum. Sed גזום Est locutio, qua aliquẽ ad malum propensum iubemus malè agere. vt est illud Eccl. Lætare iuuenis in adolescentia tua: quasi dicat, Si effreni iuuentuti habenas laxaueris, experieris tandem in nouissimo quid tibi occurrat. Hæc Kimchi. Psal. 60. prope finem. Sic cùm aliquem ironicè iubeo fugere qui non potest fugere, est גזום & quasi sarcasmus. Ierem. 6.

Quartò גזם ponitur pro ὁρμάω, Concito, irruo. Act. 7. Inde גזמא est ὁρμή, Impetus. Act. 14. Monet autem Elias in Thesbi nullum aut rarum admodum esse huius verbi vsum, præterquam in coniugatione affecta dages. Significat quoque Incidere. in Aruc.

גזף Idem est quod רתח Indignatus est, efferbuit ira. in Aruc.

גזר Primò significat Pepigit, iniit fœdus. Genes. 17. & Iosu. 9. Inde גזירא Pactum. Secundò est Decernere, ordinare, concludere. Exod. 15. & Isa. 25. Vnde גזירא Sententia, decretum, lex, statutum, arrestum. 3 Reg. 13. & Iud. 11. & גזרתא Gen. 40. & גזרת עירין Decretum vigilum, angelorum. Daniel. 4. In plurali גזרין תקנין Decreta recta. Ezech. 20. Tertiò significat Abscindere, diuidere, secare, circuncidere. Genes. 17. & 21. Inde גזירתא Circuncisio. Iohan. 7. in Euangelio. & גזיר Sectus. Leuit. 22. & מיגזרין Cæsores lignorum. 2 Reg. 12. R. tamen Dauid interpretatur מגזרות חברזל, cuius significationis est מגזריבזלא, sic; הם הגזרנים שבוקעים בהם העצים sunt Serræ quibus ligna finduntur. Idem dicit in lib. Radicum, sed aliis verbis הם המשורות שחותכין בהם העצים שיעלא בלעז Sunt serræ quibus incidunt ligna, *Sega* Italicè. R. Leui ait esse Ferrea instrumenta & magna, quibus secantur lapides: quæ in idem recidunt. Et גזרים Syllabæ. in Commentariis. Et גזרין Partes. 3 Reg. 3. in Ven. Complut. non habet, sicut nec textus Hebr. Et גזירות Impressiones meteoricæ, vt est generatio niuis, pluuiæ, grandinis. in Physicis. Præterea גזרין sunt קוסמין Diuini, augures, vel aruspices. Daniel. 1. Eliæ sunt חוזי כוכבים Astrologi. R. Schelomoh מין בעל שדין Quidam dæmonibus addicti, arte diabolica vtentes. R. verò Haghaon Sahadiah ibidem 4. גזרא exponit הגזרים מה שמצוה המלך Qui decernunt ea quæ rex imperat.

Item גזרתא est Insula, sic dicta quòd sit à continenti excisa. Actor. 13. Et גזרא vt dicit Elias ר״ל קראו

vocant גוי, quasi dicant eum esse ex gente aliena. Quòd si sit fœmina, eam vocant גויה. Et in numero plur. גויות, quamuis hoc linguæ non conueniat. Hæc Elias in Thesbi.

Item גיותא Ezech. 28. & גיותנותא Superbia. Isa. 16. Magnificentia. Psalm. 93. גיותנא Superbus. Isa. 28. Et גיותנא Superbi, sublimes. Isa. 2. vide גאה.

גויל Primò significat Lapidem non incisum. Secundò Pallium. Thren. 1. in Midras. Et tertiò Membranam seu pergamenum. in Comment.

Item גול est Pannus, qui in stamine circunuoluitur. Isa. 58. vel est Trama, vel licia, orum. Complut. manuscriptum habet גולא in eadem significatione. siquidem Bahal Aruc גולא interpretatur אורגת Textricem. R. Schelomoh aliam lectionē adfert, nempe נחל Torrens. de his vide latiùs in קפל.

Et גולן est Nomen vrbis sitæ in tribu Manassæ. Deut. 4.

גון Color. Esth. 1. quamuis quidam מראה Aspectum explicent. & Psal. 90. in Midr. In plurali גונים 1 Reg. 13. in R. Dauid Kimchi. Item גון reperitur pro ענין Negotio. Eccles. 1. 2. & 8. & גונא Idem. Ruth. 4. Inde גונאית In vniuersum, omni negotio, prorsus, omnino. aduerbium Syriacum. Et כחאי גונא Latinè. & id genus similia. & כגון Sicut. Psalm. 58. & כגון Velut. in Commentariis. Et Syrè גונאיתא Communis, vniuersalis. in lib. Rit. Seueri Patriarc. & גונא Commune, generale. ibid.

גוס Vnde passiuum אתגוס Sese recipere. Act. 14. & Confugit. in lib. Rit. Seuer. Patr.

גויעה Euanitio, expiratio: à radice Hebraica גוע Expirauit, euanuit. in Zohare.

גוף vel גף primò significat Mœchari; adulterium committere. Exod. 20. & Leuit. 20. & Deut. 5. Inde גיפא Adulter. Leuit. 20. & גיפתא Adultera, mœcha. ibidem. גופא Corpus. 1 Regum 31. in plurali גופיא Cadauera. ibid. iuxta Complut. Venet. in regimine גופי. Item גופין Corpora. Psal. 55. מגופת Operculum. Num. 19. & Ioel. 1. vbi plural. est מגופתחון Opercula eorum. vide in Mem. Inde כמנת גופנית Affectus, vel concupiscentia corporalis. in Commentariis.

גור Peregrinatus est, habitauit. Numer. 9. & 15. vnde & גיורא Peregrinus, aduena, proselytus. Deut. 5. & גיור 2 Reg. 1. in plurali גיורא Peregrini. Leuit. 16. & Prou. 30. ותיעשא דאזיל בית גיורא quorum expositio, mea sententia, hæc est: Et hircus qui pergit ad domum habitationis, id est, ad caulam, ouile. Elias se non intelligere dicit.

Et אתגייר in Ithpael, Proselytum fieri. inde מתגייר vocatur, qui à Iudaismo ad Christianismum transiit, vel à Christianismo ad Iudaismum defecit. in Commentariis. Et מגירא Vicinus. Deut. 1. & Isa. 12. alij Vicinium esse volunt. pluraliter מגירא Vicini. Ierem. 12. & מגיר Vicinus. ibidem 6.

Item גור est Catulus leonis, vt & Hebraicè. Deut. 33.

גזז Totondit. 1 Regum 25. & Deut. 15. Inde גיזתא Tonsura. Isa. 3. & גיזתא דצמרא Vellus lanæ, Iud. 6. & Iob 31. גזיז Tonsor. & גזזין Tonsores. 1 Reg. 25. & גזזי עניה Tonsores ouium eius. Genes. 38.

Item גז est Auis quæ Germanicè vocatur פלק. id est, Falco. in Aruc. Secundò גזא lingua Persica est idem quod אוצר Thesaurus, gaza: ponitur & pro loco vbi reconditur thesaurus, qui dicitur Italicè *fondaco*. Hinc גוזין Ezech. 27. sunt interprete D. Kimchi אוצרות Thesauri, gazæ. aliis verò Inuolucra vestium, vel chlamydes. In Compl. manuscripto legitur גוכין Gazæ. Aruc habet גוריזין, sed non exponit.

Tertiò גז significat Transire fluuium, transuadare, 2 Reg. 19. & Isa. 16. Inde גזתא Vadum. idem מגזת Numer. 21. & מגזתא 2 Sam. 19. 17. pro quo est in Hebræo עברה, quod interpretatur Scapha, nauicula. alij exponunt Transeuntium cœtum. in plurali מגזתא Vada. Ezech. 38. & Iere. 8. iuxta Aruc כסוסיא דגזא Sicut equus qui perrumpit, penetrat, exundat. Complut. & Venet. דגזר. Quartò significat עיקום Tortuositatem. Quintò Satellitem & apparitorem. in Aruc.

Sextò גז est Species apis. in Aruc.

Septimò גזיא significat כלי זין Instrumenta bellica. & חציכות Fragmenta, frusta. item Lignum siccum, siue truncus. in Aruc. Octauò, Erubescere, verecundari. in Aruc. Præterea גז in Aruc est Reddere, rependere, retri-

גהר Inclinare. Item, Emendare seu corrigere libros, & sanare. Item Syriacè אתגהן Incuruari. Marc. 1. & גהתא Incuruatio, prona in terram inclinatio. in lib. Rit. Seuer. Pat. & גהין Incuruatus. ibidem.

גיה vel גיח Germanice דונלין Fulgur, vel tonitru, coruscatio. Iob 18. Elias radicem facit גנה Coruscare, splendere, vide ibidem. Comp. habet ניץ, idem mea sententia quod ניצוץ Scintilla. גוחא Piscina, cisterna maior. Et בר גוחא Filius cisternæ, id est, Piscina minor maiori coniuncta in atrio templi. in Aruc. גה pro זה Iste. Ezech. 37. in Hebræo.

גיהנם est מקום עונש הרשעים אחר מותם Locus vbi impij post mortem puniuntur, vt dicit Elias, & rationem subdit cur metaphoricè sic dicti sint inferi: לפי שגי בן הנם הסמוך לירושלם היה מקום מטונף ששם שרפו את בניהם למולך ונקרא כן לפי שהבן היה שם נוהם וצועק ובשלשה מקומות נמצא גיהנם בלי זכר בן עיין במסורה גדולה ותמהתי למה אנו קורין אותו גיהנם בפתח או בקמץ ולא נמצא בפסוק רק בחולם: Id est, Eò quòd vallis Ben Hinom prope Hierosolymam locus immundus fuit, in quo comburebant filios suos idolo Molech. Fuit autem locus iste sic denominatus ab eiulatu & vociferatione pueri, qui ibi exurebatur. Et in tribus locis inuenitur Ghehinam, absque adiuncto Ben, de quo vide in Masorah magna. Porrò admiror ego qui fiat, vt nos legamus גיהנם cum patach, vel cum camez, cùm in Bibliorum contextu tantùm גיהנם cum cholem reperiatur. Hæc ille. Et Rabbi Ioseph Castiliensis in libro qui inscribitur גן אגוז id est, Hortus nucis, tradit duplicem esse Gehennam, inquiens: שני מיני גהינם הן עליון ותחתון אחר לגוף בעולם חזה אחר לנפש בעולם הבא אחר זרק והמקום הכולל כל אילו היא הנקרא ארקא כי בו הם גיהנם ושערי מות וצלמות ובאר שחת וטיט היון ואבדון ושאול:

Hoc est, Duæ sunt species Gehennæ, superior & inferior: vna ad corpus in mundo vel seculo isto, altera ad animam in mundo seu seculo post hoc venturo. Locus autem comprehendens hæc omnia, ipse vocatur Arka; quoniam in eo sunt Ghehinom, & portæ mortis, & vmbra mortis, & puteus corruptionis, & lutum fęcis, & perditio, & infernus. In hac voce paulò longius immoratus sum, quòd tum in Euangeliis, tum aliis in locis Scripturæ passim occurrat, nec intelligitur ab omnibus.

גהץ Poliuit, dealbauit telam. Italicè *Liscar*. Gallicè *Lisser*. in Ber. rab. cap. 39. & Psalm. 33. in Midras. Significat etiam Exultare, lætari. in Ber. rab.

גהק Significat Ructare.

גיהר vel גוהר, est Genus margariti pretiosi. Cant. 5. גוחרקא Sedes, solium. siue גוחרקא in Aruc.

גו Medium. Ios. 3. Et fit sæpe ex Vau quiescente Vau mobile siue consonum: vt גוה Medium eius. Isa. 52.

גוא Interiora, viscera. Leuit. 3. ביתא גואה Domus interior. 3 Reg. 6. Et in fœminino דרתא גויתא Atrium interius. 3 Reg. 6. Et cum præpositione מגו ומבר Intus & foris. Exod. 37. Et מלגו atque מלגו Intrinsecus, ab intra. & לגו Intra. גואה 3 Regum 22. & 4 Reg. 8. & 25. in exemplari Compl. pro סריס Eunucho, spadone, legitur. Venet. interdum habet גואה & גויא, & aliquando גואזה, vt & Kimchi, 4 Reg. 8. quod puto sic scribendum גואזה. Bahal Aruc, cum quo mallem errare, semper habet גואזה. In plur. iuxta Complut. גואין. Venet. גואין, quod scriberem גואזין Spadones, eunuchi. 4 Reg. 9. Item גוה & גויה Corpus. & גוית Idem 1 Reg. 2. Significat & mentulæ caput. in Aruc. גוח idem quod קרץ Annuit. Prou. 16. in Venet. Complut. גוזים melius, id est, Minari, nusquam enim גוח inuenitur pro Annuere. legit etiam Elias גוזים.

גובא Fouea, cisterna. Psalm. 88. & 44. vbi Venetum habet גובה cum ה perperam, quod nonnulli exponunt Eleuatione. Psalt. Nebiens. legit גופא Corpus. in plur. גובין Cisternæ. Ierem. 2. Item גובא Locusta, bruchus. Exod. 10. & Leuit. 11. Idem גובאי Amos 7. & Nachum 3. Et גובי Fructum. in Aruc.

Item גוב Maxilla. & Germen. ibidem.

גודא est Sepes. Psalm. 62. & Eccl. 10. in postremo Compl. habet גידא id est, Calx. & גודתא Sepes eius. Psalm. 80. iuxta Aruc, Eliam, & Venet. Complut. גודרתא vide suprà.

גוי Gens, gentilis. כל איש שאינו מישראל קראו לו גוי כלומר שהוא מגוי אחר ואם נקבדת היא קראו לה גויה ובלשון רבות גויות אף על פי שלא יתכן בלשון: Id est, Omnem virum qui non est ex Israel, (Iudæi)

plutensi codice legenda, sic כְּתִיכָא דְּמִגְדְּלָא תְּלַת נִימִין Sicut funis qui perplectitur tribus funiculis. quod enim Elias דְּמִגְדְּלִיָּא scribit, non videtur rectum. Proinde pro מִגְדְּלָא quod habet Complut. lego vt suprà דְּמִתְגַּדְּלָא quasi דְּמִתְגַּדְּלָא quod contorquetur. in aliis consentiunt. Inde גְּדִילִין Funes. Iud. 16. & Exod. 28. & עוֹבַד גְּדִילוּ Opus retortum, perplexum. ibidem. In Aruc עוֹבַד גְּדִילִין Opus funiculorum legitur. Item גְּדִילָא & גְּדִילְתָּא Funes, cincinnorum textus, Gallicè *tresses*. Iud. 15. & 16. & Isa. 5. Et מִגְדְּלָא Turris. Iud. 9. & Gen. 9. Syriacè מַגְדְּלָא.

Inde מַגְדְּלִיתָא Magdalene, quasi turrita. nomen beatissimæ illius fœminæ, cui multa remissa sunt peccata, eò quòd multum dilexerit, multamque egerit pœnitentiam. גּוֹדֶל est האצבע הגדול Maximus digitus, vt exponitur ab Aruc in Radice אצבע. in Sch. rab. cap. 30. & in Midb. rabb. capite 4. Elias tamen putat maximum digitorum manus solum vocari גּוֹדֶל, sed בֹּהֶן cùm manus, tum pedis pollicem significare. In Ghemara adhuc alio nomine dicitur, nempe אֶצְבַּע עֲרֻמָּא Germanicè Daumen/ Italicè *molicmo*.

Secundò גָּדַל vt Hebraicè significat, Magnum esse. vt אִתְגַּדַּלְתָּא לַחֲדָא Magnificatus es valde. Psalm. 104. semel tantum inuenitur in Tharg.

גֹּדֶם Incisus manus, truncatus seu mutilatus, Germanicè שטונף, Gallicè *manque ou manchot*. in Ber. rab. cap. 82. & in Midb. rab. cap. 6. & 9. גּוּדְמָא idē quod גְּנַף Ramus. in Aruc.

גְּדִין Augures, magi, diuini. à singulari גַּד. גִּירוּנִין Hydriæ. Isa. 21. secundum Pagninum. Elias, quod verisimilius videtur, Riuos exponit. מִגְדָּנִין Sunt species pirorum seu pomorum, vt dicit Rab. Schelomoh, Gen. 24. vide מגד, nam Mem est radicale.

גְּדַע Abscidit, resecuit. 2 Reg. 10. In Complut. גְּרַע melius. nam in Hebræo est גלח Radere. cuius significationis Ierem. 28. in Hebræo זָקָן גְּרָעָה Barba rasa, vt conuertit Ionathan דְּקַן גְּלוּחַ.

גַּדְפָּא Sera, pessulum. in Aruc. גַּדְפָּנָא idem quod מסגרת Clausura, peripheria, corona interrasilis, circuitus, gyrus. Exod. 25. & 37. & Ezech. 43. In plurali גַּדְפָּנִין 3 Reg. 7.

גְּדַף in Pael גַּדֵּיף idem quod חרף Blasphemauit, exprobrauit. 3 Reg. 21. Inde גּוּדְפָא Blasphemia. Mat. 12. & in plur. alterius formæ גְּדוּפִין Blasphemiæ, conuicia, opprobria. 1 Reg. 2. Et מְגַדְּפָן Blasphemus. 1 ad Timo. 1.

Secundò גַּדְפָּא est idem quod כנף Ala, penna. In plurali גַּדְפִּין Alæ, pennæ. 3 Regum 8. in Veneto perperam per Resch legitur.

גָּדַר Primò significat idem quod גדל Hebraicè, id est, Magnificare. Secundò Diffinire. in More, lib. 1. cap. 52. Inde גְּדַר & גְּדָרָא est Diffinitio. Vnde Elias in Thesbi dicit: בהגיון כשהם מבארים מהות ואיכות של שם או חכמה אחת במאמר קצר מאוד קראו לו גדר כגון מהו גדר האדם אמרו אדם הוא חי מדבר מהו גדר הרפואה כך וכך גדר חשיר כך וכך ובלעז דפיניציון: Id est, In Logica cùm explicát quidditatem aut qualitatem nominis aut artis alicuius, breui verborum complexu, idipsum Gheder vocant. vt, Quid est Gheder seu Diffinitio hominis? Respōdent, Homo est animal orationis particeps. Item cùm quæritur quę sit Gheder medicinæ aut Gheder musices, sic aut sic respōdent. vulgò *Definicion*. Item גְּדָרָא est Sepes, maceria. Num. 32. & גּוּדְרָהּ Maceria eius. Psalm. 80. vt exemplar Complut. habet. alij גּוּרְחָא de quo infrà. גַּדְרוֹן Pullus asini. siue גַּדְרָנָא, in Græco vulgari γαιδαρος, est Asinus. גּוּדְרוֹס Brutum. in Aruc.

Sed בֵּית גּוּדְרוֹס est Domus subsellij criminalis. in Zoh.

גַּדְרָיָא sunt Gergeseni. Matth. 8.

גָּדַשׁ significat Euenire, contingere. Luc. 24. Secundò Prou. 6. est Coaceruare, aggregare. vbi in Venet. גבש mendosè, vt suprà monui, legitur.

Et גָּרַשׁ in Commentariis significat, Redundauit, exuberantem reddidit mensuram. vnde גָּרִישׁ Id quod mensuræ additur. & גְּרִישָׁא Aceruus frugum, vel ipse fructus in area collectus. Hic codex Complut. habet גְּרִיסָא, quod idem mihi videtur esse ac גָּרֵשׁ Triticum contusum. In plur. גְּרִישִׁין & גְּרִישָׁיָא Exod. 22. & Iud. 15. & גְּרִישָׁן in Complut. Iob. 21. Elias & Ven. vt suprà גְּרִישִׁין. & מִגְרַשׁ Collectio, aceruus. Ezech. 27. vt perperam à quibusdam ponitur. ibi enim lego cum aliis מִגְרַשׁ Suburbanum, villa extra vrbem constituta. Tertiò significat Spernere, & subsannare. in Vaic. rab. cap. 22.

גֶּבֶר Fortis, gigas, potens, strenuus. Iud. 3. Gen. 10. & 2 Reg. 17. & גַּבְרָא Deut. 18. In plurali גִּבּוֹרִין Fortes, validi, robusti. 2 Regum 1. & גִּבּוֹרַיָּא & גִּבְרַיָּא ibidem 17. & Genes. 6.

גְּבוּרָא Fortitudo, potentia, Esaiæ 11. Porrò in libris secretioribus, vt in שערי אורה Portis Lucis, in שערי צדק Portis Iustitiæ, in זוהר Zohar, seu in libro Splendoris, & aliis id genus מדה est גְּבוּרָה Proprietas siue symbolum diuini nominis אלהים Elohim, efficitque in magni hominis archetypi constitutione, brachium sinistrum; cui demandata est iustitiæ diuinæ in malos spiritus hominesque facinorosos executio. Idemque valet apud Cabalęos גבורה, quod in Orphica Theologia valet Pallas siue Bellona. Hinc est quod Rabbini dicunt מִפִּי הַגְּבוּרָה שֶׁמַּעְנוּם Ex ore Potentiæ illius audiuimus ea. Et צֵא וְחַמֵּלֵךְ בַּגְּבוּרָה Exi, & consule Potentiam. vt notat Elias in Thesbi. Huic numerationi vel Sphirę subest גַּבְרִיאֵל Gabriel, qui & ipse ab ea nomen accepit, quasi Homo Poténsue Dei. Chaldaicè autem & Syriacè eadem dicitur גְּבוּרְתָּא Potentia, virtus. Iud. 16. In plurali גְּבוּרָן Isaiæ 12. Et Syrè גְּבוּרָתָא Virtutes, facta præclara. Act. 2. & 2 Reg. 23. & גְּבוּרָתָא Psal. 106. גֶּבֶר & גַּבְרָא Gallus gallinaceus. Hinc Numer. 33. pro וַיִּסְעוּ מֵעֶצְיוֹן גָּבֶר Et profecti sunt de Etzion-Gaber: Tharg. Ierosolymitanum habet וּנְטַלוּ מִכַּרְכָּא תַּרְנְגוֹלָא Profecti sunt autem ab arce galli.

גִּבְשׁוּשִׁית & גַּבְשׁוּשִׁיתָא à Baal Aruc exponitur תל קטן של עפר Paruus terræ cumulus, collis. Eccl. 12. & Cant. 4. sed in hoc, Aruc aliâs, in altero, exemplar Complut. גַּלְשׁוּשִׁיתָא habent. Sulcus. Psalm. 65. in Kimchi. In plurali גַּבְשׁוּשִׁיּוֹת Colliculi. Ios. 8. in Kimchi. Et גּוּבְשָׁתָא Collis. Sophon. 1. alij גִּבְעָתָא vt suprà dixi.

גָּבַשׁ Congregauit, parauit. Prouerb. 6. vt Venet. habet; at Complut. legit rectiùs גָּרַשׁ. גַּבְתָּא est קנה id est, Calamus plumbeus vel ligneus quo exhauritur, & ebibitur vinum. in Aruc.

גַּבְמִי Est species קטנית קשה leguminis duri in modum lapidis. in Aruc. גֵּוִית siue גֹּוִית Labrum, siue concha, & lacus vel tinum. Vasculum est quod alio nomine vocatur אַמְבַּטִּי, Germanicè Butt, Italicè *Tina*. in Bereff. rabb. capite 32. & in Schem. rabb. cap. 9. In Aruc exponitur שֶׁחוּא כַּל חֲעֲשׂוּי חוֹרִין חוֹרִין esse Sportulam factam cum multis foraminibus. Prior tamen interpretatio magis placet Eliæ in Thesbi.

גָּדַד Idem est quod פרץ Lacerauit, Iud. 8. vt legit & interpretatur quidam. Venet. & Complut. exemplaria habent גָּרַד & גָּרִיד Scalpsit, affricuit. R. D. תְּבַר Fregit; Elias verò גָּרַר Traxit, raptauit. גָּדַד idem quod כרת Succidit. Dan. 4. Inde גְּדוּדִין Viæ asperæ, habentes tumores & aggeres, altitudines. Isa. 40. Bahal Aruc explicat התיכות מן הכותל Frusta parietis, id est, ruinæ; maceriæ corrutæ. aliam suprà in בֵּית גְּדוּדִין habes interpretationem. vide ibi. Item גְּדוּדִין ponitur pro νεανίσκοι, Iuuenes. Act. 2. Item גָּדַר vel גַּר est Mandere, Masticare. Item est Vter vtris. in Aruc. Significat & Planetam vel fortunam. גַּדִּי in Astronomia significat signum Capricorni. Et גְּדָיָא est Hœdus. Iud. 6. In plurali גְּדָיִין 1 Reg. 10. שִׂפְתֵי הַנָּהָר גְּדוֹת sunt Littora fluuij, extremitates, oræ. & in singulari גְּדָא, vt גְּדָא דְּמַחוֹזָא Ora, vel extremitas portus siue termini. Esther 8. שֵׁבֶט est תְּגָדָא Baculus, sceptrum. Psalm. 23. & Esth. 8. גַּדְגֵּד est Angusta semita.

גּוּרְיָא Linteum, mappa. גַּרְגְּרָנִיּוֹת Primò sunt Germanicè Kirschen, Cerasa, aliâs גַּרְגְּרָנִיּוֹת. Secundò est מין עשב שאוכלין הגמלין Species herbæ, quam comedunt cameli. Et sunt qui dicunt eam habere formam seminis גֶּר; quod Italicè dicitur *Coliandro*, Coriandrum. in Aruc.

גְּדִיגוֹד est כלוב חיות Cauea ferarum. in Aruc.

גִּדְבָּרִין Dispensatores ciborum domus. Eccl. 2. Elias legit גִּבָּרִין quod eiusdem est significationis. Complutense, sed non ita aptè גִּבָּרִין Fortes. Et גַּדְבְּרַיָּא Exactores, satellites, thesaurarij. Daniel. 3. גּוּרְדִּיוֹן Amicti. in Aruc.

גָּדַל Plectere, nectere, inuoluere, complicare. Eccl. 4. sed variè variant exemplaria, nam vbi Hebraicè est וחוט המשלש לא במהרה ינתק Et filum triplicatum non citò rumpitur. In Venet. perperam legitur כְּתִיבָא דְּמִגְדְّלָא תְּלַת נִימִין דְּלָא בְּבַהִילוּ אִתְנְתַק siquidem כְּתִיבָא male scribitur pro כְּתִיכָא id est, Velut funis, vt Elias & Complut. habent. Reliqua igitur, dempto iuxta Eliam altero תלת, puto ferè cum Com-

nunt Foueam, cisternam, ac si esset גובא. Item גַּב capitur pro ערוה Verendis, præsertim mulieris: quamuis propriè significet locum illum, qui eleuatus est supra pudenda. Item גַּב est Superficies. vt גַּב נַהֲרָה Superficies fluminis. Exod. 2. vt citant, sed nihil tale reperio, nisi כֵּיף נַהֲרָא Ripa vel crepido fluminis.

גַּב חַיָּר Superficies exterior ipsius manus. Et גּוּב Altitudo, supercilium collium. Prou. 9. Item est שער שעל הלסתות Crinis qui est supra genas, id est, supercilium oculorum. Item est גּוּצְמָר Vellus lanæ. Est etiam גַּב Latus, lateris, apud, iuxta, prope. Numer. 21. Psalm. 13. & Prouerb. 2. Idem גַּבִּי Psalm. 130. & recipit affixa: vt גַּבִּי Apud me. Iob 19. גַּבָּן Apud nos. Exod. 14. גַּבָּךְ Apud te. Psal. 39. In Tharg. Ierosolymitano valet idem quod עִם Cum. vt גַּבֵּה גַּבָּךְ גַּבִּי גַּבָּן Secum, tecum, mecum, nobiscum. Item גַּב in compositione, vt אַפְּעָלְגַּב idē est quod אַפְּעָלְפִּי Licet, etsi, quamuis. גִּיבְרָא Gibbus, tuber, & fastigium montis. Psalm. 68. Hinc, mea sententia, גַּבְיָא Leuit. 22. in Tharg. Ierosolymitano, Silonem vel lippum significat. alij Incisa habentem labia interpretantur. Sed cùm R. Schelomoh & D. Kimchi dicāt חרוץ quod est in Hebræo, esse שנכרך ריס של עין quod habet supercilium oculi ruptum, quo facto solēt supercilia ipsa extrorsum prominere; sequitur, cùm is qui sic est affectus, vocetur Silo, meam expositionem esse rectam. Ad hoc facit quod in eodem Tharg. Leuitic. 21. pro תְּבַלֵּל בְּעֵינוֹ Lippitudo in oculo eius, legitur, vt citat Aruc, sed per He in fine גַּבְיָה Lippus. & dicit quædam exemplaria habere גַּבְיָע, quasi Elatus vt collis. In Venetianis est גַּבְיָה quod hîc non quadrat. גְּבָה Excelsum esse, superbire. Psalm. 131. Hinc גַּבְרָא Altum, excelsum, in Complut. manuscrip. in Veneto גּוּבְאָה Iob 5. Reperitur etiam גַּבְיָן pro חרוצים Sollicitis, frugi, qui vndiquaque rem faciunt & colligunt. Pro. 21.

גַּבַּח Gibbus, & גַּבְחַת seu גִּבְחַת Gibbositas, & caluitium. Leuit. 13. in Hebræo, vt exponit Sanctes: apud alios tamen est Re caluaster גַּבַּח, & גַּבַּחַת Sincipitis caluitium.

גַּבְיָטִימוֹן Exactor nummorum. in Ber. rab. cap. 42.

גְּבַל Primò significat Pinsere. in Vaic. rabb. cap. 6. & 29. & Psal. 92. in Midras. & in Schem. rabb. cap. 30. Inde גְּבַל Pistor. Secundò significat Terminare. Inde גְּבוּל Terminus. & גְּבַלַת תָּאוּכוֹת Prædicamentum qualitatis. in Commentariis. Est etiam nomen אומה populi. Et omnis terra Israel præter Hierusalaim vocatur גְּבוּל. Item גַּבְלָא est idem quod שׂעִיר in Tharg. Ierosolymitano. Gen. 14. Hinc forsan, inquit Elias, dicti sunt הַגִּבְלִים Gibelim populi. Et גַּבְלִית vel גַּבְלוּת est אוצר Thesaurus. Et גְּבוּלִין vel גּוּבַל Est calcatio hominis circum lineam. Tertiò גְּבַל Syriacè significat Effingere, formare. Roman. 9. Inde ܓܒܘܠܐ Psalmator. in Alphabeto Widmanstadij. Et ܓܒܝܠܬܐ idem est quod πλάσμα, Figmentum Roman. 9. & Massa, conspersio. Galat. 5. Item גַּבִּילִין est Nomen portæ, quæ est in medio cælorum. in Zohare col. 375.

לָחַשׁ Mussare, *id est*, submissa voce loqui, & secretè occultèque quod celatum velim, quasi murmurare & mussitare: *Neh. 3,11. In participio* לוֹחֵשׁ Incantator: *quia videlicet mussitabat ad serpentes, vel quia intelligebat mussitationem, sic appellatus. Idem in Piel,* מְלַחֲשִׁים *Psal. 58,6. Sic & in Hithpael, 2. Sam. 12,18.*

לַחַשׁ Mussitatio, locutio occulta, ænigma, consilium secretum: *Isaiæ 3.3. & 26,16.* Incantatio: *Iere. 8,17. Eccles. 10,10.* לָחַשׁ Ornamentũ auris, cuius est audire mussitationem, *id est*, Inauris. *Cuius plural.* לְחָשִׁים *Isa. 3, 21. R. Abr. dicit fuisse* scripturas in auro & argento per modum לְחִישָׁה, *id est*, incantationis *aut* orationis occultæ. *R. Dau.* Ornamenta quæ suspendunt mulieres in auribus suis.

לְטָאָה *Inde fit* לְטָאָה Serpentis genus. *Hieron.* Stellio: *Leuit. 11,30. R. Salom.* Lacerta.

לָטַשׁ Acuere: *Genes. 4,22. & Iob 16,9. vbi dicitur*, Acuet oculos suos mihi, *id est*, in me, *aut* contra me. *Idem in Piel: cuius particip. passiu. Psal. 52,4.* מְלֻטָּשׁ Acuta.

לַיִל *Et in regimine* לֵיל Nox: *Isaiæ 16,3. Exod. 12,42. sed Isa. 15,1. regimen ponitur pro absoluto, vt alibi sæpe. Et cum* ה *in fine, & masc.* לַיְלָה *Genes. 1,4. Et cum nominibus numeralibus singulari etiam numero effertur, vt 7,4.* לֵילוֹת *in plurali: 1. Sam. 30,12. Iob 2,13. &c.* לִילִית Nomẽ bestiæ solitariæ, *seu* incolentis solitudinem,

לוּץ *Cuius plurale Hos. 7,5.* אֶת־לֻצִּים Cum illusoribus, nugatoribus, superbis. *est nomen Toar. Item aliud Prouer. 9,7.* לֵץ Illusor, *&c. & 21,24. vbi potest hoc modo verti*, Superbi, elati illusor est nomen eius. *& 20,21* Derisor est vinum, *id est*, Derisorem efficit vinum. *Vel*, Derisor est bibẽs vinum, *&c. In plurali* לְצִים *Psal. 1,1. R. Abr. deducit à* לוּץ *.i.* interpretari *id est*, reuelare quod est occultum. *Hoc nomine igitur possunt vocari* Superbi, oblocutores, detractores, & secretorum reuelatores. לָצוֹן Derisio, illusio, nugæ, superbia: *Prou. 29,8.*

לוּשׁ Conspergere, *id est*, farinam miscere cum aqua: *Genes. 18,6. Et Ierem. 7,18.* לָשׁוּת Subigentes pastam. *particip. plural. femin.*

לָז *Est* זֶה Hic, iste, ille; Hæc, ista, illa: *Iudic. 6,20. Et cum additione* ה, לָזֶה *Gen. 24,94. & cum additione* ו, לָזוֹ *Ezech. 36,35.*

לָזֶה *Vnde in regimine* לוּז Peruersitas. *quære in* לוז.

לֶחִי *Inde fit* לֶחִי Maxilla, *aut* mãdibula *propriè*, in qua fixi sunt dentes. *Capitur & pro* Mala, *aut* gena: *Iudic. 15,14. Sic Psal. 3,8. vbi subauditur* ב *.i.* In לֶחִי maxilla. *quod dicitur per modum contemptus. Q.* Percussione contemptibili. *Al.* Percussione maxillæ. *Et cum affix. Iob 40, 21.* לֶחְיוֹ Maxilla eius. *Et in duali* לְחָיַיִם & לְחָיֵי Maxillę: *Deut. 18, 3. & Isa. 30, 28. Et* לְחָיֵיהֶם Maxillæ eorum: *Hos. 5,4.*

לָחַךְ & לִחַךְ Lambere, lingere: *In Cal & Piel, Numer. 22,4. & 1. Reg. 18,38.*

לָחַם Vesci, edere, comedere: *Prouerb. 4,16.* [*Item* Impugnare, pugnare: *Psal. 35,2. & 3. In Niphal quoque* נִלְחַם *capitur pro* Pugnare. *vt Iudic. 11,25.* נִלְחַם נִלְחַם Pugnando pugnauit. *Et in participio, Exod. 14,25.* נִלְחָם לָהֶם *id est*, Pugnans pro eis, *vt exponit R. Dauid. Et Psal. 109,3.* וַיִּלָּחֲמוּנִי Et pugnauerunt mecum, *vel* contra me: *pro* וַיִּלָּחֲמוּ בִי.]

לֶחֶם Cibus, esca: *generale nomen ad* omnem cibum: Panis: *Gene. 3,19. Interdũ pro* Carne *capitur: Leuitic. 3,11. & 21,9. Illud autem Ierem. 11, 19.* Corrumpamus lignum בְּלַחְמוֹ in pane eius. *Vel*, Corrumpamus ligno (*id est*, veneno) panem eius. *R. Dau.* Corrumpamus lignum in fructu eius. *Quidam dicit esse hypallagen*: Corrumpamus panem eius ligno, *quod Arabicè dicitur* دفلا, *id est*, Venenum letiferũ. *Item Gen. 49,19.* de Aser,

murare, *sed tunc plerunque* ל *est cum daghes.* הֲלִינֹתֶם *Num.14,29.& Exod. 16,8.* מַלִּינִים. *Et* וַיָּלֶן Et murmurauit: *Exod.17,3. Et Num.14,36.* וַיָּלִינוּ Et murmurare fecerunt.] *Illud autem Iob 24,7. exponitur* יָלִינוּ Manere fecerunt. *& Psal.59,10.* וַיָּלִינוּ Et murmurabunt. *Vel*, Quum pernoctauerint. *Vas enim est loco* כַּאֲשֶׁר *.i.* quãdo, quũ. *&* אִם *id est*, Verè, *quasi d.* Verè non saturabuntur, cùm pernoctauerint. *Vel* אִם *ponitur vice* Quando, *ac si dicatur*, Vagabuntur, vt comedant, & pernoctabunt cùm non fuerint saturati. *R.Abr.dicit*, Non, *seruire loco duorum, id est*, Si non fuerint saturati, non pernoctabunt. [*In Niphal: Exod.15,24.* וַיָּלִינוּ Et murmurauerunt *&c.*] *Et in Hithp.Psal.91.* יִתְלוֹנָן Morabitur. מָלוֹן Hospitium, diuersorium, mansio: *Exod.4,24.* מָלוֹן *in regimine.* מְלוּנָה Tugurium: *Isa.1,8.* Habitaculum custodis in quo pernoctat. [תְּלוּנָה Querela, murmuratio. *In plurali* תְּלוּנוֹת *&* תְּלֻנוֹת Murmurationes: *Exod.16,12. & Nu.14.*]

לוּעַ Absorbere: *seu* Perdere, corrumpere: *Iob 6,3. vbi ponitur intransitiuè: sed 16. & Prouer. 20,25. transitiuè: quippe hic* יָלַע *est futurum Hiphil. Potest & verti iuxta Doctor. Hebr.* Quum locutus fuerit sanctificationem. *vel* Sanctificatio est, *etc.* *Hoc verbum enim significat apud illos* Loqui. *Potest & huc referri illud Iob 39,27. ex coniugatione Piel*, יְעַלְּעוּ דָם Absorbebunt sanguinem: *pro* יְלוֹעֲעוּ לוּעַ Guttur, gula, locus absorptionis: *Prouerb.23,2. idque cum affixo* בְּלֹעֶךָ.

לוּץ Deridere, deludere, illudere. *Vnde Prouer. 9,12.* וְלַצְתָּ Et si illusor, nugax, *&c.* fueris. *subauditur* אִם *id est*, si. *Idẽ in Hiphil* הֵלִיצוּנִי Deriserunt me: *Psal.119,51. Vel*, Ansam præbuerunt vt proferrem verba illusionis. *vel*, vt interpretarer, & componerem psalmos, *&c. Nam significat* Palliare, loqui sophisticè, interpretari, dirigere sermones & argumentationes, *secundum quosdam, Prou.14,9. & 19,27.* (*quippe* מְלִיץ *est* Interpres, Eloquens, Orator, Legatus: *Genes.42,23. & in plurali* מְלִיצֵי *2.Paral.32,32. etc.* † מְלִיצָה Interpretatio: *Prou.1,6.*) *Item Prouer.3,32.* אִם לַלְּצִים הוּא יָלִיץ Nónne *.i.* profectò, illusores ipse illudet, *&c. vel*, Sinet in sua superbia *aut* illusione. *Et in Hithpael, Isa.28,22.* הִתְלוֹצָצוּ Deludatis vos, *vel*, sitis illusores. *Thargum*, Impij sitis, *vel* superbiatis.

לוּצִי

R.Dau. *sed cuidam* Amygdalus: *Genes.30,35. Est &* nomen loci: *vt 35, 6.* לוּז In Luz.

לוּחַ Tabula: *Isa. 30,8. In plurali* לוּחוֹת *&* לְחוֹת *Deuter.9,10. & 4,13.* לֻחוֹתַיִם *Duale*, Tabulæ, *aut* duæ tabulæ: *Ezech.27,4. R.Abr.* Naues è duabus tabulis constructæ. *Hieron.* Tabulata nauis. לַח *Nomen Toar oppositũ* arido, Viridis, humidus, recens: *Genes.30,35.* לַחִים *Plurale*, Virides, humidæ, recentes: *Iudic.16,7. Numer.6,3.* לֵחַ Viror, humidum radicale. *vnde in regimine* לֵחוּ Viror eius. (*instar* רֵעַ *à* רֵעוּ.) *Deut.34,7. Sunt qui putant hæc deduci à* לחח.

לוּט Inuoluere, operire, occultare. *vt Isa.25,7.* הַלּוּט הַלּוּט Operimenti operti. *prius est nomen: alterum Paul cũ holem vice surec. R.Dauid sic explicat sententiam, id est*, Operimenti quo operiunt, & occultant se gentes, quæ sunt in felicitate, *etc.*

לוּטָה *Feminin.* Inuolutus, opertus: *1.Sam.21,9.* (*Et mutato* ו *in* א *vt* לָאַט *in radice* לָאַט.) *In Hiphil:* וַיָּלֶט Et operuit: *1.Reg.19,13.* (לְאִטִּי *&* לְאַט Pedetentim, quietè. *vide* אט.)

† בַּלָּט *et* בַּלָּאט Clã, latẽter: *1.Sa.18,22. Iud.4.* לוּט Stacte. *i.* myrrhæ gutta, *Hieron. Genes.37,25. R.D.dicit vocari in Arabico* שִׁיחַ בַּלּוּט, Arbor castaneę. *& ab aliis* Mastiche. *Thargum* לְטוּם. בְּלָטֵיהֶם *quære in* לְהַט *&* לָאַט.

לול Cochlea, *id est*, turris *siue* scala rotunda, qua turrim *aut* domum per circuitum conscendimus. *In plurali* לוּלִים *1.Reg. 6,8. vbi R. D. exponit* Per gradus. *Tharg.* Per gyrum *aut* circuitum. *Q.* Per fenestras. לול *enim apud Doctores Hebr.* Fenestra *est. ac si d.* Per viã fenestrarum ascendebant ab vno ad alterũ.

לְלָאוֹת *Quidam* Fenestellas, *Hieron.* Ansulas *vertit, id est*, Anulos *aut* vincula: *sed* Laqueolos *rectius appellaueris: Exod.26,5. Et in regimine* לְלָאוֹת.

לוּלֵי *et* לוּלָא Nisi, si nõ: *Is.1,9. Ge.43.*

לוּן Pernoctare, hospitari, manere, commorari. *In Cal, Gen. 32,2.* לָן Moratus est, *etc. & Iud.19,13* נָלִנוּ *cũ daghes pro* לָנוּ. *Et Zach.5,4.* וְלָנָה Et morabitur, manebit: *cum segbol loco* ֶ. † *Et Toar, Nehem. 13,20.* לָנִים Pernoctantes. *In Hiphil*, Manere, pernoctare: *Gen.24,23. sæpe cum defectu* ה *constitutiuo coniugationis. Et futurum habet sæpe sub* ל *&* ֶ *vt* תָּלֶן *&* יָלֶן *Ios.8,9. & Iob 17,3. vbi* Vigilare, permanere *rectè exposueris: & sæpe alibi, vt 41,14. Prouerb. 19, 22. & Ierem. 4,14.* [*Item* Mur-

Leuitic. 11,20. 25,30. 1.Paralip. 11,20. Isa.9,3. 49,5. 63,9. 1.Sam.2,3. 2.Sam. 18,12. 2.Reg.8,10. Ezr.4,2. Et duo scribuntur לוּ *cum* ו, *& leguntur cum* א לוֹא, *id est*, Non: *1.Samu.2,16. 20,2.*]

לא *Igitur communiter est* Non: *Psal. 1,1. Interdum est cum* בְּלוּא יוֹעִיל ו In id quod non proderit: *Ierem.2,11.*

בְּלִי *vel* בְּלוּא Absque, sine, nõ: *vt Isa. 54,1. & 2.* בְּלוּא לֶחֶם In non pane, *id est*, in iis quæ non sunt panis. *&* בְּלוּא לְשָׂבְעָה In his quæ non sunt ad saturitatẽ. הֲלוֹא Nónne, nunquid non? *Iosu.10,13.* Si, an, vtrum, nũ: *Ruth 2,8.* [*& cũ* ה *loco* א: *Deut. 3,11.*] לְלוֹא Iis qui non, *&c. Isa.65,1.* Absque: *2. Paral. 15,3.* כְּלוֹא Sicut non, quasi non: *Hobad.16.*

לוּ *&* לוֹא Vtinam: *Genes.17,18. Isa. 64,1.* Si fortè, forsan: *Genes.50,13. Iudic.13,23.* וְלֹא Et forsan: *2.Sam. 18,12. Potest etiam legi* לא *pro* לוֹ, *id est*, Et ei.

לוֹג *R.D.* Mensura parua sex continens oua. *Hieronym.* Sextarius: *Leuitic.14,12.*

לָוָה Mutuare, mutuo accipere: *Nehem.5,3. Isa.24,2.* [Adhærere, copulare, coniungere: *Eccle. 8,15. Et in Niphal, Psal.83,9.* נִלְוָה Sociari, *&c.* (*& in particip. Isa.56,3.* הַנִּלְוָה *vbi* ו *est cum* ה *vel est præteritum, &* ה *est loco* אשר, *id est*, qui.) *sed Ierem.50,5.* וְנִלְווּ Et adhærete, *ponitur pro* הִלָּווּ *nã est imperat. Hinc dictus est* לֵוִי.]

הִלְוָה *In Hiphil*, Fœnerari, Mutuum dare: *Exod.22,23. Hinc Benoni* מַלְוֶה Fœnerator: *Prouer.19,16.* Mutuum dans, *&c.* [לִוְיָה Copulatio, coniunctio, societas: *Prouer.1,9. & 4,8. idque in regim.* לִוְיַת. *Hieron. hic* Augmẽta, *illic* Vt addatur, *vertit.*]

לִוְיָתָן Nomen serpentis: *Psal.74,14. Isa.27,1. sic Iob 3,7. vbi tamẽ exponitur à quibusdam* Luctum eorum *aut* suũ. *Ab aliis*, Qui parati sunt suscitare societatem suam, *&c.* [לִוְיָה Coniunctiones, copulationes: *1.Reg.7,9.*]

לוּן *R.Dau.* Recedere, declinare: *vt Prou.3,20.* יָלוּן. *In Niph. 3,30.* נָלוּן Peruersus, qui *videlicet* recedit à recta via. *Hieronym.* Illusor. *Tharg. & R.Ionah* Peruersitas. *Sic Isa.30,12.* וְנָלוּן Et peruerso, *id est*, re peruersa, *aut* verbo peruerso.

נְלוּזִים Peruersi, *vel* peruersitates: *Prouer.2,15. In Hiphil, 4,20.* Ne יָלִיזוּ recedant (ab oculis, *&c.*) *daghes est loco literæ quiescentis, pro* יָלִיזוּ.

לוּזוּת Peruersitas: *Prouer.4,23. Hieronym.* Detrahentia labia.

לוּז Nux, *aut* Corylus *.i.* auellana,

indumentum: *Esth. 6,8. Iob 27,16.*
In regim. לְבוּשׁ & לְבוּשׁ. *Plurale* מַלְבּוּשֵׁיהֶם & מַלְבּוּשֵׁי & לְבוּשֵׁי
† *Item* חִלְבּוּשׁ *Idem: Isa. 59,17.*

לגם *Inde fit* אַלְגוּם, & *in plurali* אַלְגֻמִּים *2. Paral. 2, 10.* Coralia *secundum R. D. Al.* Genus ligni quo aliquid tingitur, Bresili. *Et per Metathesin, 1. Reg. 10, 11.* אַלְמֻגִּים *Idē: Hierony.* Ligna thyina. *Potest hæc dictio numerari inter Quadrata.*

לָהָה Insanire, *R. Da. Vnde Gene. 47,13.* יִתְלָה Et insaniuit terra, *id est*, populus Aegypti. *Al.* Deficiebat, *vel* fatigabatur: *quasi* וַתִּלְאֶה.
Geminatū in Hithpael, כְּמִתְלַהֲלָה Sicut abscondens se. *Vel*, Sicut insaniens. *Q.* Festinans. *Al.* Sicut fatigatus: *Prouer. 26,18.*

לַהַב Flamma: *Ioel. 2,5.* Ferrum lanceæ & gladij flammantis, *id est*, splendentis: *Iob 39,20. In plurali* לַהֲבִים & לַהֲבֵי. *Et forma femin.* לַהֲבָה *Num. 21,29.* & *secundū aliam, Ezechiel. 20,47.* לַהֶבֶת שַׁלְהֶבֶת Flamma flamma, *aut* Flamma flammæ. *sunt synonyma.* לַהֲבוֹת *In plurali. in regimine.*

לַהַב Doctrina, *R. D. Eccle. 12,12. R. Abr.* Scientia. *Hieronym.* Meditatio.

לָהַט Inflammare, ardere, comburere: *Psalm. 104,4. sic 57,5. vbi* בְּתוֹךְ *.i.* in medio, *subauditur, q.d.* In medio leonum לַהֲטִים ardentiū, *vel* vrentium. לִהַט *in Piel*, Inflammare, comburere: *Malach. 4,1.*

לַהַט Ferrum lanceæ, *aut* gladij: *Genes. 3,24. Thārg.* Acies gladij. [*Illud autem Exod. 7, 13. potest huc referri,* בְּלַהֲטֵיהֶם Incantationibus suis, *eo quòd tales incantationes fierent ferro aut acie gladij. Sic ibid. 22.* & *8,3.* בְּלָטֵיהֶם *vbi* ה *quiescit in* י. *de quo vide* לָאַט.]

לָהַם *Est* חלק Blandiri, lenire, vulnerare. *Bis duntaxat inuenitur in Hithpael, Prou. 18,8.* & *26,2.* כְּמִתְלַהֲמִים Tanquam blandientia, *aut* lenientia, *aut* vulnerantia, *vel* vulnera. *Potest etiam per metathesin deduci ab* הלם *.i.* conterere, percutere, vulnerare: *ac si d.* Veluti percussiones leues ac leuia vulnera, *&c.* *Et in lingua Arabica*, Absorpta, occulta.

לָהַק Cōgregare. *Vnde* לַהֲקָה Cœtus, cuneus, congregatio: *1. Samuel. 19, 20. fitque per metathesin à* קהל.

לוֹ *Pronomen*, Ei, illi, sibi, & *cet.*
[*Quædam scribuntur cum* א לוֹא, & *leguntur cū* ו, לו, *vt Exod. 21,8.*

pacto præceptum impleat. *Vel* claudicabit in duas cogitationes, *id est*, anceps erit & dubius. *Hieron.* Cædetur, vapulabit. *R. Salom.* Laborabit, fatigabitur. *Al.* Punietur. *Tharg.* Capietur. *sic Hos. 4,14.*

לְבֵנָה *Inde* לְבֵנָה Later: *Ezech. 4, 1.* & *Exod. 5,7. vbi habes huius plurale masculin.* & *verbum in Cal,* לִלְבֹּן הַלְּבֵנִים Ad lateri ficandum (conficiendum) lateres. *sic Exod. 11, 3. cum affixo*, מִלְּבֵנֵיהֶם De lateribus vestris: *Ibidem, 19.* מִלְּבֹן *Pro quo in margine legitur* מִלְּבֵן Fornax laterum: *2. Sam. 12,30. Vel* Locus in quo fiunt lateres, *R. Da. Tharg.* Serrauit eos in plateis, quæ erant tectæ lateribus: *vel* בְּשׁוּקְנָא fornacibus *sic appellatis, eo quòd in illis ordinatè ponerentur lateres hinc & inde. sic Nah. 3, 13. vbi dicitur:* Tene, robora fornacem, *id est*, filios fornacis *.i.* lateres, *vt exponit R. Dau. in libr. Radic.* לָבָן Albus, candidus: Albedo, candor: *Gen. 30, 33.* & *35. Exod. 16, 31. Plurale* לְבָנִים. וּלְבֶן־שִׁנַּיִם Et albus dentibus: *Genes. 49,12. in regim.* לִבְנָה Alba *vel* rufa: *Leuit. 13,24. Plurale* לְבָנוֹת. *Hinc verbum in Hithpael,* יִתְלַבְּנוּ Albescent: *Daniel. 12,10. Et in Hiphil* הִלְבִּין Albare, Dealbare. *vt Dan. 11,34. vbi deficit* ה *constitutiuum coniugationis.* [*Sæpiùs capitur intransitiuè pro* Albescere, album fieri, *vt Ioel 1,7. Psal. 51,9.*]

לְבָנָה Populus arbor; *quòd detracto cortice admodum sit alba, sic appellata: Gen. 30, 35.* [*Illud autem in regimine, Exod. 24,10.* Sicut opus לִבְנַת־הַסַּפִּיר Lapidis sappiri, *quidam ab absoluto* לְבֻנָה. *alij verò à* לְבֵנָה Later, *deducūt. Tharg.* Lapidis boni. *R. Ionah* (Sicut opus) candoris sappir.]

לְבָנָה Luna: *Isa. 24,23. à candore sic appellata.* לְבוֹנָה Thus, *quoque à candore vocatur: Numer. 5, 15.*

לִבְנִי *Quod ponitur in titulo Psal. noni, quidam dicunt fuisse* vnum ex inimicis Dauid. *Al. per Metathesin* נָבָל Nabal. *Al.* בֵּן cantorem, *cuius fit mentio 1. Paral. 15. sed tunc* ל *deseruiret nomini proprio cum pathah, quanquā hoc rarius inuenitur in scriptura.*

לָבַשׁ Induere, vestire: *Leuitic. 16, 23.* (& *cum fere sub* ב *instar* חָפֵץ *Psal. 93,1.*) *Paul* לָבוּשׁ Indutus, *id est*, induerat se, *inquit R. Dauid: vim enim habet actiuorum, 1. Sam. 17,5.*
In Piel, participium passiuū, מְלֻבָּשִׁים Induti: *1. Reg. 22,9. In Hiphil*, Indue re fecit: *Isa. 61,19.* (& *Zachar. 3,4. vbi Macor est pro præterito.*)

לְבוּשׁ & מַלְבּוּשׁ Vestis, vestimētum,

מַלְאָכוּת Nunciatio, missio, tam Dei quàm hominis. (*Vnde* מַלְאָךְ Nūcius *quoque dicitur:* & Propheta *dicitur* nuncius Dei: *vt Num. 20,16. de Mose dicitur.*) *Agg. 1,13.*

מְלָאכָה Opus, substantia, opes: *Leuit. 11,31.* & *1. Sam. 15,9. sed Gene. 33, 13. ponitur pro* Pecude. *In regimine* מְלֶאכֶת *Leuit. 13,47.* [& *interdum deficit* א, *vt Iere. 7,18.* לִמְלֶכֶת Operi cæli. *Al.* Reginæ cæli, *deducentes à* מלך. *sic Hieron.*] *Interdum venit pro absoluto: 2. Paral. 13,10. Et cū affix.* מְלַאכְתּוֹ מְלָאכוֹת *In plurali. Et in regimi. cum motu* א מְלֶאֱכוֹת. *Rectum est vt* מ *sit radicale, & radix quatuor constet literis.*

לְאֹם *vnde fit* לְאֹם Populus, gens: *Prouer. 11,25. Et cum* ו *surec* & מ *cum daghes*, וּלְאֻמִּי Et populus meus: *Isa. 51,4.* לְאֻמִּים Populi, *in plurali, Gen. 27,28.*

לֵב & *in regimine* לְבַב Cor: *Deuter. 28,2. Exod. 14,5. Plurale masculinum, Nahū. 2,7.* לִבְבֵיהֶן Corda earum. & *femin. 1. Paral. 28,9.* לְבָבוֹת.
Et defectiuum carēs altero לֵב ב *Psal. 119,2. Metaphoricè* Medium, robur: *Deut. 4,11. 2. Sam. 18,14.* (& *Ezech. 11,20. vbi Tharg. habet*, post cultū.) [*Et* Scientia, *quia cor est habitaculum intellectus, Prouerb. 15,32.*] Absque לֵב וָלֵב Corde & corde, *id est*, non duplici corde: *1. Paral. 12,33. Cum affix. recipit daghes, vt* לִבּוֹ Cor eius, *&c.*

לֵבָה *Idem: Ezech. 16,30.* & *in plurali* לְבוֹת. (לַבָּה *Et in regimi.* בְּלַבַּת־אֵשׁ In medio ignis: *Exod. 3, 2. Alij dicunt esse pro* לַהֲבַת, *exponentes*, In flamma ignis.) *Verbum in Piel, Cantic. 4,9.* לִבַּבְתִּינִי Abstulisti mihi cor, Transfixisti mihi cor. *Hieron.* Vulnerasti.
Et in Niphal, Iob 11, 11. יִלָּבֵב Efficietur cordatus. [לְבִיבָה Consperſio tenuis, quæ frigebatur in sartagine: Laganum. *cuius plurale & verbum in Piel, 2. Samu. 13,8. inuenies,* וְתִלְבֵּב Et fecit lagana, (*vel* laganauit) *&c.* & coxit אֶת־לְבִבוֹת lagana.]

לָבָא *Inde* לָבִיא Leo maior: *Isa. 30, 6.* & *Nah. 2,11.* (*vbi Hieronym. videtur legisse* לָבוֹא Vt ingrederetur.) לְבָאִים *pro* לְבִיאִים *in plurali, Psal. 57,5.* לְבִיָּא Leæna: *Ezech. 19,2. pro* לְבִיאָה. לְלִבְאֹתָיו Leænis suis, *Nahum 2,12.*

לָבַט *Secundum R. Dau.* Peruertere, impingere, ruere, cadere. *Et R. Ioseph Kimh.* Festinare, accelerare; Claudicare. *In Niphal,* יִלָּבֵט *Prouer. 10,8.* & *10.* Peruertetur, impinget, *&c. vel* Festinabit, *id est*, non diu cogitabit vt cōsideret quo

יִכְרְסֶמֶנָּה Implebit ventrem ex illa: *ac si diceretur*, יִכְרַס & מְסֶנָּה *pro* מִסֶּנָּה *à* כֶּרֶס Venter, *vt habes in* כרש. *Alij mutantes* כ *in* ק, *à verbo Chaldaico* קרסם, Excidere, consumere, *deducunt: quasi diceretur*, יִקְרְסֶמֶנָּה Excîdet *aut* cōsumet illam.

כַּרְפַּס Color viridis, *R. Dauid. vt Esth. 1,6.* חוּר כַּרְפַּס Album (*id est*, aulęū album) viride. (*Hieron.* Carbasini. *fortè* Carpasini, *ab Hebræo nomine.*)

LITERA

ל

לֹא Non. *quære in* לו. *In illa enim radice ponitur à R. Dauid in libro Radicum.*

לָאַב *Inde fit* חַלְאוּבָה Sitis, ariditas, siccitas. & *semel duntaxat inuenitur Hos. 13,4. idque in plural.* In terra חַלְאֻבוֹת siccitatum, *id est*, in locis siccis.

לָאָה Laborare, fatigari, molestè ferre, ægrè ferre: *Iob 4,2. & 5. & Genes. 19,11. Idem in Niphal:* נִלְאָה *Isa. 1,14. & Iere. 6,11. 15,6. 20,9. In Hiphil* הִלְאָה & הֵלְאָה Laborare fecit: *vt Iob 16,7. & Mich. 6,2.* ה *cum seghol. Et cū* ח *loco* ה *signi feminei deficiente* ה *radical.* הִלְאָה Laborare fecit seipsam: *Ezech. 24 12.*

תְּלָאָה Labor: *Exod. 18,8. & alia forma* מַתְלָאָה *Malach. 1,13. Vel dic* מ *deseruire, & esse loco hiric. i.* A labore. *Vel cum R. Abrah. dic* ה *defuere, ac si d.* מֵהַתְלָאָה propter laborem, *&c. vel sic* מָה תְּלָאָה quid laboris?

לָאַט Operire, tegere: *2. Sam. 19,3* Latêre: *Iob 15,11.* † *Hinc nomen* בְּלָט & בְּלָאט Clam, latenter. *de quo vide in* לוט. [*sed Exod. 7, 23.* א *conuertitur in* ה *in dictione* בְּלַהֲטֵיהֶם. *quiescit verò ibidem 22. & 8, 3. in* בְּלָטֵיהֶם. *i.* Incantationibus suis, quæ fiunt occultè, *&c. inquit R. Da. vide radicē* לַהַט, *ad quā potest referri.*]

לָאַךְ *Inde fit* מַלְאָךְ Angelus, nuncius: *Iob 1, 14. In plurali Iudic. 6,35.* מַלְאָכִים & מַלְאֲכֵי. [*Illud autem Nah. 2,13.* Vox מַלְאֲכֶכָה nunciorum tuorum: *ponitur pro* מַלְאָכֶיךָ, *aut* מַלְאָכֶכָה *vel secundum R. Ionah* מַלְאָכֶכִי. *sed quidam alius sic exponit:* Vox dentium edentium prædam, *&c. In lingua enim Persica vocantur* Molæ מַלְאֲכֶכָה, *quarum est* molere. *Et dentes vocantur* Molentes: *Eccl. 12,3.*]

מלאכות

me sibi coronam) & *Prouer. 14,18.* יַכְתִּירוּ דָעַת Veluti coronam imponent (capiti suo) scientiam.

כּוֹתֶרֶת Capitellum, *quòd sit veluti* corona *columnis: 1. Reg. 7,16. In plurali* כּוֹתְרוֹת *2. Reg. 7,16.*

כָּתַשׁ Contundere, conterere: *Prouerb. 27,22. vbi verbum est & nomen.* מַכְתֵּשׁ Mortarium, pila lignea. [*Item* Fouea in qua dens latet, quæ est instar mortarioli: *Iudi. 15,18.*] *sed Sopho. 1,11. est* nomē loci.

NOMINA QVADRATA.

כַּרְכֹּד *Isa. 54, 2.* Iaspis, *secundum Hierony. Tharg.* Gemmæ. *sed Exod. 28. Hieron. vertit* Carbunculum. *Al.* Rubinum. *Alij putant* Vnionem *seu* Margaritā. *quidam* Crystallum. *q.* Adamantem.

כַּפְתֹּר *R. Dau.* Pomum, *vel* quod est instar pomi rotūdum, vt fit in picturis & sculpturis, in quibus fiunt poma & malogranata, *etc. Exod. 25,32. Hieronym.* Sphærula. *Item* Superliminare, quod est coniunctum duobus postibus: *Ham. 9,1. eo quòd sculpebant in illo poma & flores. Hierony.* Cardo. *Et &* nomen prouincię & gentis, *id est*, Cappadocia & Cappadox, *secundū Hieron. 9,7.* כַּפְתֹּרִים Cappadoces: *Genes. 10,14.* Poma: *Exod. 37,20.* Superliminaria: *Soph. 2,14.*

כִּרְכֵּר *In Piel*, Subsilire, saltare: *2. Sam. 6,14. Tharg.* Laudare. כַּרְכָּרוֹת Cameli & animalia leuia & velocia in ambulando: *Isa. 66, 20. Hieronym. & Aquila*, In carrucis. *Tharg.* In laudibus.

כִּרְבֵּל Amicire, tegere, operire. *in Paul 1. Para. 15,27. Vnde* וְכַרְבְּלָתֵהוֹן Et operimentis suis, (*vel* palliis,) *Dan. 3,20.*

כַּרְכֹּב Ambitus, circuitus, *R. Da. Exod. 27,5. & 38,4. cum affix.* כַּרְכֹּבוֹ Omne quod circuit quippiam in gyrum, *R. Salom. Hieronym.* Arula.

כַּרְכֹּם Crocus: *Canticorum 4, vers. 14.*

כַּרְמֶל Spica plena, viridisque ac tenera: *Leuit. 2,14.* [*Item* Coccinum, color purpureus: *Cantic. 6,6. & cum hiric* כַּרְמִיל *2. Paral. 3, 13.*] *Item* Nomen montis, pleni arboribus fructiferis, & agris: *Isa. 16, 10. & cū affixo, 10,18.* וְכַרְמְלוֹ Et Carmeli eius. *i.* fertilissimi campi eius.

כַּרְמֶלָה In Carmelum: *1. Sam. 25, 5.*

כָּרַסְתָּ *In Piel*, Implere ventrē: *Psal. 80,14. vbi dicitur:*

כְּתִירָה *Nomen*, Contusio, *vel* contusum: *Exod. 27,20.* מִכְתָּה Confractio, contusio: *Isa. 30,14.* [*Huc refert R. Ionah illud 2. Paral. 2,9.* מַכּוֹרֶת Cōtusa, *vel* contusionum *pro* contusa, *aut* molita. *est enim nomē instar* מָשׁוֹר *à* שׁדר. *vel deducitur à* נכה, *& est instar* מָשׁוֹר *à* נשר: נָכַת *quippe* Mordere, *significat in Tharg. vnde* נכיתה Morsus, comestio.]

כָּתַב Scribere: *2. Reg. 17,36. &c. In Niphal*, Scribi: *Esth. 3,12. In Piel significātiam habet Hiphil interdum*, Scribere fecit: *vt Isa. 10,1.* כְּתָב מִכְתָּב כְּתֹבֶת Scriptura: *Leuitic. 19,28. Esth. 8,8. Exod. 32.*

כֹּתֶל *Est* קִיר Paries, murus. *Canti. 2,9. cum affix.* כָּתְלֵנוּ.

כֶּתֶם *Inde fit* כְּתֶם Aurum optimum, *R. Dau.* Massa auri. (*Q.* Margaritæ. *Al.* Ornamenta, corona, diadema.) *Prou. 25,12. & Cantic. 5,11.* כֶּתֶם פָּז Aurum obrizum: *vel* optimum, purificatum. *vbi R. Dauid dicit subintelligi*, Et, *coniunctionē: vel est in regim.* בְּכֶתֶם אוּפָז Auro obrizo: *Dan. 10,5. Et* aurum Ophir, *alibi sæpe.* מִכְתָּם *Idem: Psal. 56,1.* Dauidi aurum, *id est*, Psalmus erat Dauidi preciosus vt aurum. *Tharg.* Sicut Dauid humilis & perfectus. *à* מך & הם pauper & perfectus. *R. Salom. Psal. 57,1. dicit esse* Tonum cantus. & *16,1.* Coronā, diadema, insigne aureolum. *Hinc verbum in Niphal, Ier. 2,22.* נִכְתָּם Descripta est, signata, impressa est. *Hieronym.* Maculata es. *R. Dau. in Comment.* מְגוּלָה Manifesta, vt illam negare nequeas.

כְּתֹנֶת *Inde fit* כְּתֹנֶת & כְּתֹנֶת Tunica, χιτών, pallium: *Genes. 37,3. & 31.* כְּתֹנְתִּי Tunica mea. *cum affixo, Iob 30,18.* כְּתֹנוֹת & כְּתֻנוֹת *in plurali, Exod. 28,39. & 39,27.*

כָּתֵף & כֶּתֶף Humerus: *Isa. 36,6. 46,7.* Latus, angulus: *Num. 34,10. Et Isa. 11, 14. vbi* בְּכִתְפֵי *exponitur, vel* in humero, *vel* latere, *aut* angulo. *Cum affix.* כְּתֵפִי. *sic cum plural. affix.* כְּתֵפָיו. כְּתֵפוֹת & כְּתֻפוֹת Humeri: *1. Reg. 7,30.* [Latera, *vel* oræ: *Exodi 28,7. & Ezech. 41,21.*]

כֶּתֶר Diadema, corona: *Esth. 2, 17. Verbū in Piel*, כִּתֵּר *Iob 36,2.* Expectare. *Item* Circuire, circundare instar coronæ: *Iudic. 20, 43.* (*Qu. exponit*, Expectauerunt Beniamin, donec egrederetur.)

In Hiphil הִכְתִּיר Circundare: *Haba. 1,4. sed Psalm. 142,7.* Expectare: (*vel secundum R. Dau.* כִּי יַכְתִּירוּ Reputant

Ruens, infirmus, debilis: *105,37. & Isa.35,3.* *In Niphal*, Infirmum esse, & debilem, cadere: *& c. Zach.12,8.*

Et Macor defectiuum, Prouer.24,17. וּבְכָשְׁלוֹ Et dum corruerit ipse, (debilitatus fuerit,) *pro* וּבְהִכָּשְׁלוֹ. [*In illo Ezech.33,12. subauditur* Impius. *ac si dicatur*, Propter impietatem impij, impius non יִכָּשֵׁל corruet in eam.]

In Hiphil, Impingere, corruere fecit, debilitauit: *Thren.1,14. (& Psal. 64,9. vbi talis est ordo,* וַיַּכְשִׁילוּהוּ Et impingere fecerunt ipsam linguam suam, *& c.)* מִכְשׁוֹל Offendiculũ, ruina: *Leuit.19,14. Plurale* מִכְשֹׁלִים. מַכְשֵׁלָה & כְּשָׁלוֹן *Idem: Isai.3,6. & Prou.16,18. Et plural.* מַכְשֵׁלוֹת, *Soph.1.*

כַּשִּׁיל Securis, bipennis: *Psal.74,6.*

כָּשַׁף *Secundum R.Abr. est* Præstigium, *&* præstigiator. *Potest & appellari* Fascinum, *&* Fascinator. *Al.* Magia. *Hieron.* Maleficium *&* maleficus. כְּשָׁפִים Præstigia, maleficia: *Mich.5,12. Nah.3,4. Et* כִּשְׁפֵיכֶם *Ier.27,8. Hinc verbũ in Piel*, כִּשֵּׁף Præstigia *aut* maleficia exercere: *2.Paral.33,6.* מְכַשֵּׁף Præstigiator, maleficus: *Deut.18,10. In plurali* מְכַשְּׁפִים *R.Abr. in Cõmen.* Mutantes aliquid naturale ad aspectum oculi. מְכַשֵּׁפָה Præstigiatrix, malefica: *Exod.22,16.*

כָּשַׁר Rectum esse, congruum & conueniens esse: *Eccle.11,6.*

כָּשֵׁר Rectus, congruus, conueniẽs: *Esth.8,5. vel est verbum Cal, sicut* חָפֵץ *cum in præterito.* [*In Hiphil, Eccl. 10,9. secundum R.D.* וְיִתְרוֹן הַכְשֵׁיר חָכְמָה Et excellentia rectum facere sapientiam, *id est*, Et excellentia est sapientiæ super alia, quòd absque dolore rectum faciat hominem. *Hieronym.* Post industriã sequetur sapientia.]

כִּשָּׁרוֹן Rectitudo, conuenientia, congruentia: *4,4.*

כּוֹשָׁרוֹת Compedes, annuli compedum: *Psal.68,7. & כ est sicut ק, quantum ad significantiam, vt* קְשׁוּרִים *id est* Vincula, ligamina.

כִּישׁוּר Verticulum, quod ponitur in capite fusi nentibus mulieribus. *R.D. Prouer.31,19.*

כָּתַת Contundere, cædere, tundere: *vt* וְכַתּוֹתִי *Psalm.89,23. Et Leuit.22,24.* וְכָתוּת Et contusum, *.i.* contusum habens membrum. *(& Deut.9,22.* וְאָכוֹת Et contudi. *pro* אָכוֹת. *vel est secundum aliam futuri formam, instar* אֶקֹּב. *vel est à* נכת *vel* יכה*)*

In Piel & Hiphil, Idẽ: 2.Paral.34,7 Num.14,45. *In Hophal*, Contundi: *Isa.24,12.* יֻכַּת *etc. quære in* יכת *&* נכת.

E כתית *No-*

15,5. vbi deficit ו, *quasi d.* Vsque ad vineam & oleam. *Vel*, Vsque ad vineam oliueti, *id est*, vbi sunt multæ oleæ. *Cum affix.* כַּרְמוֹ. כְּרָמִים *et* כְּרָמֶיו *in plural.* [*Illud autem Iob 24,11.* Viã כְּרָמִים Vinearum, *quidam exponit*, Viam habitabilem. *Al.* כ *&* רָמִים Sicut excelsi.] כּוֹרְמִים Vinitores: *Ioel 1,11. Deut.26,10.*

כָּרַע Curuare, incuruare. *& quãdo est intransitiuum*, Curuare se, *aut* incuruare se: *Gen.49,9. & Isa. 10,4.* *In Hiph.* Curuauit, *aut* incuruare fecit: *Psalm.78,30. & c.*

כְּרָעַיִם *Duale*, Pedes animalium, crura: *Leuitic.11,20.*

כֶּרֶשׂ *Idem quod* כֶּרֶס Venter. *Iere. 51,33. cum affix.* כְּרֶשׂוֹ.

כָּרַת Pangere, incidere, succidere, pacisci *.i.* pactum facere: *Genes.15,18. 2.Reg.18,4. Isa.18,5.* [*& Ierem.46,13.* כָּרְתוּ יַעְרָהּ Succiderunt, *vel* succidite siluam eius. *sunt qui legunt cum camets hateph: & tunc est imperatiuum. alij cũ camets lato, & tunc est præteritum pro futuro.*]

In Paul, Leuit.22,24. כָּרוּת *id est*, Incisum *.i.* cuius neruus erat incisus.

In Niphal, Excidi: *Ioel 1,5.* Præcidi.

Idem in Pual, כֻּרַת *Ezech. 16,4. & cum holẽ Iudi.6,28.* כְּרֻתָה Præcisus est.

In Hiphil, Excidere fecit: *1.Sam.18, 9. Ezech.21,4.* Excîdit: *25,7. Isa.10,7.*

In Hophal הֻכְרַת Excisum est: *Ioel 1,9. Hierony.* Periit. *Hoc verbum in omnibus coniugationibus cum* ת תי *& c. vltimam deperdit; vt* כָּרַת כָּרַתְּ, *& c.*

כְּרִיתוּת *&* כְּרִיתָה Repudium: *Deute. 24,1. & 2. Isa.50,1.*

כְּרֵתִים Nomen gentis, *siue* magnæ familiæ *(inquit R.Dau.)* è Pelistæis, Cherethæi. *Hieronym.* Interfectores. *Lxx.* Cretenses: *Ezech.25,16.*

כְּרֵתִי Cherethi vna etiam è familiis Israel, *inquit R.Dau. 2.Sam.8,18. Tharg.* Sagittarij.

כֶּשֶׂב *Idem quod* כֶּבֶשׂ Agnus: *Leuitic.3,7. Imò etiã* Ouis annicula, quæ incipit generare: *Num. 18,17.* כְּשָׂבִים *In plurali, Leuit.1,10.*

כִּשְׂבָה *Femin.* Agna, *vel* ouicula: *5,6.*

כָּשָׂה *Idem quod* כָּסָה Tegere, operire: *&* טוּחַ Linire, complanare. *vt Deuter.32,15* כָּשִׂיתָ Operuisti, *scilicet* cor tuum ob multam pinguedinem, adeo vt non intelligas. *Tharg.* Possedit opes.

כָּשַׁל Impingere, offendere, pede *aut* pedibus infirmari, debilitari viribus, cadere, ruere: *Hoseæ 5,5. (vbi est præteritum vice futuri.) & Psal.31,11. Vnde in Benoni* כּוֹשֵׁל

Inde fit כִּכַּר Panis magnus: & frustum panis, buccella: *Prouer.6,24.* Planities: *Gene.13,10.* [Talentum: *Exod.25,39. vnde plurale* כִּכָּרוֹת *&* כִּכָּרִי *& duale* כִּכָּרַיִם *2.Reg.5, 23. 1.Paral.22,14.*] כִּכַּרוֹת לֶחֶם Buccellæ panis: *Iudic.8,5. & 1.Sam.10,3.*

כַּרְכָּר *Inde* כַּר Clitella *R.D. Gen.1, 33. sed R.Abr.* In camelo. *Hieron.* Subter stramenta. כרר *vocatur à Doctorib. Hebr.* Stramẽtum, *aut* stratorium super quo dormitur.

כְּרוּב *Vnde fit* כְּרוּב Cherub, vniuersale nomẽ *(secundum R. Abr.)* ad omnem figuram, *nisi quòd ea quæ sunt in Lege, quidem repræsentant humanam effigiem: in Ezechiele verò, quatuor animalium ibi descriptorũ.*

[Rex *appellatur* Cherub, *ob illius magnitudinem ac dignitatem: Ezech.28 14.*] כְּרוּבִים *&* כְּרֻבִים *in plurali. Doctores Hebr. putarunt* כ *deseruire, exponentes* כְּרֻבְיָא Sicut puer, *quòd sint instar puerorum.*

כָּרָה Fodere: *Psal.7,16. sic Genes. 50,4.* *(vbi alij exponunt* Acquirere, emere, *sicut illud Hoseæ 3,2.* וָאֶכְרֶהָ לִּי Et possedi, acquisiui, emi eam. כ *est cum daghes ob decorem.)*

Apparare: *2.Reg.6,22.* Comedere: *Iob 40,24.* [Aquas תִּכְרוּ emetis. *Hieron.* Aquam emptam haurietis. *Deuter.2,6. sed Iob 6,27.* Fodietis. *s.* mendacia. *Vel*, Fodietis vt inueniatis mẽdacia. *Al.* Insidiamini, *vel* Apparatum facitis. *Tharg.* Cogitatis.]

In Niphal, וְיִכָּרֶה Fodiatur: *Psal.84, 13.* *In Hiphil, 2.Sam.3,33.* לְהַכְרוֹת Vt edere facerent. *vbi ferè omnes affirmant cum* ב *legendum. quanquam quidam ponit differentiam inter* לְהַכְרוֹת *cum* כ *&* לְהַכְרוֹת *cum* ב. *quòd scilicet cũ* כ *sit*, Lautè conuiuari, opiparè comedere: *cum* ב *verò*, Parcè edere.

כֶּרֶה Apparatus, cibus, conuiuiũ *2.Reg.6,22.* מֶכֶר Precium, possessio, emptio. *Vnde cum affix.* מִכְרָם Precium earum: *Num.20,19.* מִכְרָהּ Precium eius, emptio, *& c. Prouer. 31,10. & c.* *Sic secundum R.D. Ham. 2,8.* עַל מִכְרָם Propter emptionem illorum, *id est*, eo quòd emerint.

וּמִכְרֵה־מֶלַח Et tumulus, *aut* cumulus salis. *Pagnin.* Fodina salis: *Soph. 2,9.* כְּרוֹת Caulæ, ouilia: *Ibidem 6. est enim* locus in quo pastores fodiũt vt pecora sint ibi clausa, *R.Dau.*

כָּרַךְ Inuoluere, induere, amicire. *Inde fit* הַכְּרִיךְ Amictus, pallium: *Esth.8,14. Hoc verbum est frequens Doctorib. Hebr.*

כֶּרֶם Vinea: *Genes.9,20. & Iudic.*

piare: *Exod.30.10.* Expiationem facere: *Leuit.4,20. & 16,17* (Placare, mitigare, *R.Salo. Genes.32,19. vt Prouerb. 16, 14. R.Dau.*) [*In illo autem Deut.32,43. potest esse appositio, vel intelligitur*, Et, *coniunctio.*] Expiare, *pro* propicium esse, parcere: *Psalm.79,9. & Deut. 21,8. In Niphal composito ibidem*, וְנִכַּפֶּר Et remouebitur ab eis sanguis, *id est*, pœna sanguinis. *& ponitur pro* וְנִתְכַּפֶּר. הִתְכַּפֵּר *In Hithpael*, Expiari, remoueri: *1.Samu. 3,14. Sic et in Pual* כֻּפַּר *Exod.29,22 vel* Placari, propiciari, *vt Num.35,34.*

כֹּפֶר Expiatio. *Plurale* כְּפָרִים *Leuit. 23,27.* כַּפֹּרֶת Propiciatorium, *vel* tegmen, *quòd arcam tegeret, sic appellatum: Exod.25,16. R.Salo. dicit fuisse* tegmen superne patulum quod requiescebat super arcã instar tabulæ.

כֹּפֶר Remotio iniquitatis, *id est*, redemptio, precium, propitiatio: *21, 30. Cum affix.* כָּפְרוֹ Redemptionem sui: *Psal.49,7.* [*Item* genus Aromatis, Camphora: *Cantic.1,14. R.Abra. putat esse* nomen loci, in quo talis erat botrus. *Vel*, palmæ quæ gignit dactylos. *Hieronym.* Cypri, (*à Cypro insula.*) *Plurale* כְּפָרִים Cyperi, *secũdum Hieron.4,13.*] *Significat et* Villam extra vrbem: *1.Sam.6,17. & plurale secundum alias formas*, כְּפָרִים *&* כְּפִירִים *Cantic.7,12. & Nehe.6.12. vbi quidam putant* nomen *esse* loci.

כְּפוֹר Pruina, quæ in aurora tempore frigoris descendit: *Exod.16,14.*

[*Est etiam* כְּפוֹר Cochlear, *R.Da. sed alius* Crater *aut* peluis: *1.Paral.28,16. Plural. regim.* כְּפוֹרֵי *ibidem.*]

כְּפִיר Leunculus, maior *quàm* גור *.i.* catulus leonis: *Ezech. 19, 3. Plurale* כְּפִירִים.

כָּפַשׁ *Semel dumtaxat in sacris inuenitur: idque in Hiphil Threnor.3,15.* הִכְפִּישֵׁנִי Operuit (inuoluit, fœdauit, versauit, vertit, *iuxta R.D.*) me cinere. *Thargh.* Humiliauit me. *Hieron.* Cibauit.

כָּר Agnus: *Isai.16,1. cum* ב, (*vbi metaphoricè per* Agnum *intelligitur* Dux, princeps, *vt alibi sæpe. Al.* Camelus.) *quidam dicit esse in regim.*

Item, Pascuum, *aut* locus pascuæ: *Isa. 30,23. R.Abr. scribit deficere alterum* ב, *vt sit sicut* כְּבַר *id est*, planities. *Radix potest esse* כרר. *Plurale* כָּרִים Agni: *Psal.37,20.* Pascua: *65,14.*

[*Itẽ* Arietes *nempe* ferrei, quibus murus destruitur: *Ezech.4. Vel iuxta R.Da.* Principes, Duces.] *Inuenitur quoque plurale* כָּרִי *sine* ם Duces, *pro* כָּרִים *2.Reg.11,4. & 18.*

כָּעַס Irasci: *Psal. 112,10. In Piel & Hiphil*, Irritare, prouocare ad iram: *1.Sam.1,6. & 1.Reg.15,30 & Nehe.4,5. vbi quidam* Subsannare, spernere, *exponit.*

כַּעַס *&* כַּעַשׂ Ira: *Eccl.7,5. & Iob 5,2. & 17,7. Cum affix.* כַּעַסוֹ *&* כַּעַשְׂךָ.

כְּעָסִים Iræ, irritationes: *2.Reg.23,25*

כָּפַף Curuare, incuruare: *Psal.57, 7. vbi potest esse transitiuum, vt subaudias* Vnusquisque: *& intransitiuum, vt* נָפַשׁ *sit mascul. gen. item Isaiæ 58. & c. In Niphal, Mich.6,6.* אִכָּף Incuruabo me. *pro* אִכָּפֵף *Vide* כפה.

כְּפָה Ramus, *à curuitate sic appellatus: Isa. 9,14. vbi per* Ramum *intelligitur* Fortis. כַּף Vola (*id est*, palma manus, *& à parte totâ etiam* Manus *ita vocatur*,) planta: *Ezech.21,14.* Neruus, *vel* os concauum, in quo vertitur femur: *Gen.32,24.* [Cochleare: *Num.7,14.*] *Et cum aleph redundante* אַכְּפִי *pro* כַּפִּי Manus mea: *Iob 33,7. vide* אכף. כַּפַּיִם *Plurale duale*, Manus: *Psalm.24,4. (& Thren.3, 40. vbi quidam exponunt* Nubes.)

כַּפּוֹרֶת Plantæ: *Ios.3,13.* Rami: *Leuitic.23,39.* Cochlearia: *Nume.4,6. & 7,78.* Cardines: *Cantic.5,5.*

כָּפָה Extinguere, *Hierony. &* sedare, mitigare: *Prou.21,14. Potest huc etiam referri illud Mich.6,6. de quo in* כפף.

כָּפַל Geminare, duplicare: *Exod. 26,9. In Niphal*, Duplicari: *Ezech.21,14.* כֶּפֶל Geminatio, duplicitas, duplum: *Iob 41,4. & in duali: 11,5.* Quia כִּפְלַיִם duplicia secundum legem, *scilicet* meruisti.

מַכְפֵּלָה Duplicitas, *pro* duplex: *Genes.23,9.*

כָּפַן *Est* אסף Congregare, colligere: *Ezech.17,7. Hinc* כֶּפֶן Fames: *Iob 5,21. vbi quidã exponit*, In defectu crumenę, *ac si dicat*, In collectione nummorum, tempore quo nummi sunt in precio.

כֹּפֶס *Inde fit* כְּפִיס Tignum. *vel iuxta R.D.* Frustum: *Haba.2, 11.* (*Q.* Lapis. *Al.* Vermis.) *R.Dauid in Comment. scribit esse* Tignum, *aut* trabem in domibus, per quod *vel* quam de vna ad alteram curritur. *R.Abra.* Trabem *quæ vulgò* ligamen *vocatur, vt & Hieron. Tharg.* Putamen lignorum cæsorum, (*aut* laquearium.)

כָּפַר *in Cal*, Bituminare: *Gen.6,14 vnde fit* כֹּפֶר Bitumen: *ibidẽ. Alij exponunt*, Picabis eam pice.

כִּפֵּר *In Piel*, Remouere iram, remouere iniquitatem, & peccatum, Ex-

Venit interdum sine aleph כֵּס *Exod. 17,17.* כֶּסֶא Tempus constitutũ, זמן; *Prouer.7,20. & Psal.81,4. cum* ה *loco* א. *vbi Hieron.* In die plenæ lunæ.

כָּסָה Tegere, operire: *In Cal rarò inuenitur: Prou.12,16.*

כִּסָּה *Idem in Piel: Numer.9,15.* [*sed illud Ezech. 16, 18. R. Dauid exponit*, וְתְכַסִּים Et operuisti te illis (cum illis) *ac si d.* Induisti te illis. *Thargh.* Operuisti illos, *vel* illas. *s.* imagines.]

Pual כֻּסָּה *Psal.80, 11. & Eccles. 6,4. Hithp.1.Reg.11,29.* Se operire.

כְּסוּי Tegmen, opertorium, operimentum: *Num.4,13.* מִכְסֶה *et* כְּסוּת *Idem: Genes.20,16. Exod.26,14.*

† *Idem* מְכַסֶּה *Isa.23.*

כָּסַח Succidere, excidere: *Psal.80, 16. & Isa.33,12. Hieron. hic* Congregatæ, *illic* Dirupta, *vertit.*

כְּסוּחָה *nomen Toar*, Excisum: *Isa.5,25*

כָּסַל Insipientẽ esse, stultè agere: *Iere.10,8. Hinc* כְּסִיל Stultus, insipiens: *Prouer.19,10.* כְּסִילִים *in plurali, 1,32. Secundum R.Saadiam non modò* stultum, *sed &* diuitem, qui suis diuitiis fidit, *significat.*

[*Item secundum Hieron.* Orion: *Iob 9,9. & 38,31. & plural. Isa.13,10.*]

כִּסְלָה *&* כֶּסֶל Stultitia, insipientia: *Psal. 49, 14. & 85,19.* [Spes, fiducia: *Iob 8,14. (& Prou.3,25.* בְּכִסְלֶךָ In spe tua. *Hierony.* In latere tuo. *Thargũ*, In auxiliũ tui.) *et Iob 4,6.* כִּסְלָתֶךָ Spes tua, *id est*, propter spẽ tuam.]

כְּסִילוּת Stultitia: *Prou.9,13. Alij dicunt esse Toar feminin. id est*, Habens stultitiam, stulta. *Significat &* כֶּסֶל Ilia, quæ sunt coniuncta renibus sub lumbis: *Iob 15,27. & Leuit.3,4. in plurali* כְּסָלִים *vbi deficit* ו *coniunctio, id est*, & qui est super ilia.

כָּסַם Tondêre, *in Cal: Ezech. 44, 20. Hinc dicitur* כֻּסֶּמֶת Zea, *siue* spelta frumenti genus: *Isa.28,25. Hieron.* Vicia, & far. *Plurale* כֻּסְּמִים *Ezech.4,9.*

כָּסַף Amare, concupiscere, desiderare: *Psal.17,12. & Iob 14, 15. vbi intelligitur* Prodere, *vel* videre illud. נִכְסַף *In Niphal, idem: Gen.31, 28. & Psal.84,3. vbi* Defecit *quoque exponitur.* [*sed Soph.2,1.* Desiderata, desiderabilis. *R.Ioseph Kimh.* Gẽs inuerecunda. *qua in significatione Thalmudistæ hoc vtuntur verbo.*]

כֶּסֶף Argentũ, *quòd sit multũ, desiderabile.* Pecunia: *Gen.17,12.* כַּסְפּוֹ *cũ affix. Plurale* כַּסְפֵּי *&* כְּסָפִים.

כֹּסֶת *Inde fit* כֻּסְתָּה Puluillus, puluinar, ceruical. *Plural. Ezechiel.13,18. & 20.* כְּסָתוֹת *&* כְּסָתוֹת.

prij. Vnde significat Vocare quempiam non proprio nomine, sed occulto. Cognominare, *quod est*, cognomen imponere, ob euctum aliquem extrinsecum. *In Piel, Iob 32, 22. (& 23. vbi futurum* אֲכַנֶּה *pro Macor ponitur,) item Isa. 45,4. & 44,5.*

כָּנַס אסף *id est*, Congregare, coaceruare, colligere: *Eccles. 2,8.*

Idem in Piel: Ezech. 22,21.

[*In Hithpael: Isa. 28,20.* בְּהִתְכַּנֵּס In colligendo se. *Vel*, dum colligitur, (congregatur) .*s.* ad operiendum vnum, vt alterum operire nequeat.]

Hinc locus orationis *vocatur* בֵּית הַכְּנֶסֶת Domus congregationis.

מִכְנָסַיִם *Duale*, Femoralia, *quòd habeant duas alas vel oras: Exod. 28,41. In regim.* מִכְנְסֵי.

כָּנַע Humiliare. (Contrahere, Negociari.) *Vnde in Niphal*, Humiliari, humiliare se: *1. Reg. 21,28*

In Hiphil, Humiliare fecit: *2. Para. 28,19.* Humiliare: *Iudic. 4,23. Nehem. 9,24.* כְּנַעַן Mercator, negociator: *Hos. 12,7. Nun non est radicalis.* [*Sic exponit etiam R. Dauid illud Soph. 1,15.* Populus diuitum, qui habent negotiationem.] כְּנַעֲנִי *Idem Genes. 38,2. & Zachar. 14,21. Prouer. 31,24. Al.* Cananæus. *Plural. Iob 40,24.* כְּנַעֲנִים Mercatores. *Et alia forma Isa. 29,8.* כְּנַעֲנִיהָ Mercatores eius. *Et nomen Ierem. 10,17.* כִּנְעָתֵךְ Merces tuas, *secundum Tharg. sed Hieronym.* Confusionem tuam. *R. Dau.* Humiliationē tuā, quā aliis fecisti.

כָּנָף Ala: *Gen. 1,21.* Ora vestis, *id est*, pars inferior vestis, extremitas, finis: *1. Samu. 24,6.* Pars, angulus: *Num. 15,38. In regimin.* כְּנַף. כְּנָפַיִם בְּכַנְפֵי *Plurale duale*, Alæ sicut alæ (ciconiæ.) *Zach. 5,9.* Oræ: *Numer. 15,36. Et forma feminea* כַּנְפוֹת *Deut. 22,12. Hinc verbū in Niphal, Isa. 30,20.* Et non יִכָּנֵף clōgabitur vltra doctores tui, *pro* doctor. *R. Dau.* Colligetur, *vel* excludetur, prohibebitur. *Hieron.* Faciet auolare.

כִּנּוֹר *Inde fit* כִּנּוֹר Cithara: *Genes. 4, 21.* כִּנּוֹרִים *Plurale masc. Ezechie. 26,13. & כִּנּוֹרוֹת femin. Psal. 137,2*

כָּסַס Supputare, numerare: *vt Exod. 12,4.* תִּכְסוּ Supputabitis, *etc. Vnde nomen ibid.* מִכְסָה Supputatio, numeratio, numerus.

מֶכֶס *Idem: Num. 31,28. Hieron.* Partem. *Cum affix.* מִכְסָם.

כִּסֵּא Solium, thronus, sedes: *Deut. 17,18.* [*Et cum* כִּסֵּה *1. Reg. 10,19. & Iob 26,9.*] כִּסְאוֹ *in regimine.* כִּסְאוֹת *in plurali.*

Venit

meam, *id est*, animam meam in pudorē? כְּלִמּוֹת Pudores, ignominiæ: *Mich. 2,6. & Ier. 23,40.*

כֶּלֶף *Inde fit* כִּילֵפָה Instrumētum quo lapis conteritur, vt malleus, & id genus. כִּילַפּוֹת *in plurali Psal. 74,6. Hieron.* Bipenni & dolatoriis. *R. Abr. dicit esse* instrumentum ferreum ad perdendum. *Alij deducunt à* קלף Decorticare, *mutato* כ *in* ק.

כָּמַהּ Concupiscere, desiderare, amare: *non inuenitur nisi semel Psal. 63,2. Q.* Arefacta est propter te, *id est*, amore tui cōsumpta est.

כְּמוֹ Sicut: *Iob 19,22.* Quando: *Gene. 19,15. Recipit affixa: vt 1. Reg. 22,3* כָּמוֹנִי כָּמוֹךָ Sicut ego, sicut tu, *id est*, ego sicut tu, & tu sicut ego. כָּמוֹהָ Sicut ipsum. *& sic de cæteris.*

כֶּמֶז *Inde fit* כּוּמָז Subligaculum, ornamentum .*s.* femorale auro gemmisq; redimitum. *Al.* Muliebre ornamentum circa pudenda. *Doctor. Hebr.* Typus loci vuluę: *Numer. 31,49. Hieron.* Murenulas.

כַּמּוֹן Cyminum, semen notum: *Isa. 28,26. Hinc est &* מִכְמָן Thesaurus. *cuius plurale* בַּמַּכְמָנִים In thesauris. *Danie. 11,42. à verbo Chaldaico* כמן Abscondere, recondere, *sic appellatur.*

כָּמַס Recondere, abscondere. *semel duntaxat inuenitur Deut. 32,34. idque in Paul Cal,* כָּמֵס.

כָּמַר Reuoluere, resonare, incalescere. *idque in Niphal: vt Genes. 43,20.* נִכְמְרוּ. *Hieron.* Commota sunt. *sic 1. Reg. 3,25. & Hos. 11,8.* [*sed Thre. 5,10.* נִכְמְרוּ Denigratæ sunt. *Hieronym. & alij* Exustæ sunt.]

כֹּמֶר Sacerdos idolorum, *quòd nigras indueret vestes. cuius plurale* כְּמָרִים *2. Reg. 23,4. Hieronym. modò* Aruspices, *modò* Ædituos *vertit.*

מִכְמָר מַכְמוֹר מִכְמֹרֶת מִכְמֶרֶת Rete piscatorium *aut* venatorium: *Isa. 51,20. Psal. 141,10. In plurali* בְּמַכְמְרָיו *Isa. 19, 8. Hab. 1,15. Cum affix. sing.* בְּמִכְמַרְתּוֹ.

כֵּן *Inde* כִּנִּים Pediculi. *cuius singulare non inuenitur in scriptura. sed apud Doctores feminin. gen.* כִּנָּה, *Exod. 8, 13. & 17. Plurale est defectiuum sine iod, præter vnum. Hieron.* Ciniphes. כִּנָּם Pediculus: *Exod. 8,12. & 13. cum* ם *signo speciei, non pluralis.*

כָּנַח Tegere, operire, occultare nomē alicuius, honoris gratia, *R. Da. Vnde Grammatici* pronomen *vocant* כִּנּוּי, *quòd sit* nomen occultū. *ponitur enim vice nominis pro-*

33,5. & c. [Finire, cessare facere: *Num. 17,10.*] *Bifariam inuenitur Macor:* כָּלוּהַ *quod est vulgarius. &* כָּלֶה, *Psal. 74,11. quod potest exponi* Prohibendo, *vel* prohibe .*s.* manum, *&c. & Danie. 9,24. cum* א *loco* ה לְכַלֵּא Ad consumendam, *&c.* אֲכַלֶּךָ Consumam, *vel* perdam te: *Exod. 33,3. ponitur pro* אֲכַלֶּךָ. וְחָכַל & desiderauit Dauid, *id est*, anima Dauid: *2. Sam. 13,39. Alij referunt ad matrem Absalom, vt sit sensus:* Desiderauit mater Absalom Dauidem, vt egrederetur è loco suo ad filium suum.

In Pual, Psal. 72,10. כָּלוּ Finitę sunt, perfectæ sunt. *& Genes. 2,1.* וַיְכֻלּוּ.

כָּלָה *Toar*, Completum, perfectū, decisum, determinatum: *Isa. 28,22. Soph. 1,12. Vel* Consummatio, consumptio: *vt Ezech. 11,12. Gen. 18,21. In plurali Deute. 28,30.* כָּלוֹת Deficiētes .*s.* erunt, *id est*, deficient.

כִּלָּיוֹן Consummatio, consumptio, deficientia: *Isa. 10,22. & in regimin.* כִּלְיוֹן *Deut. 28,63.* תְּכִלָּה Perfectio, *&c. Psal. 119,95. Et secundum aliam formam Iob 26,10.* תַּכְלִית Perfectio, *id est*, finis. *& Psal. 139,22. vbi R. Da. exponit:* Perfectione odij, *id est*, perfecto odio & magno, imò maximo.

כְּלָיוֹת Renes: *à* כָּלָה Desiderare, *quòd in renibus sit desiderium coitus: Psal. 7, 10.* [*Metaphoricè* Grana frumenti *aut* tritici: *Deute. 32,14. idque in regimin.* כִּלְיוֹת.] מִכְלָה Vas. *cuius plurale* מִכְלוֹת זָהָב Vasa aurea: *2. Paralip. 4,21. Pagnin.* Ex auro quod erat perfectū. *à* כלה Perficere. *Hieron.* De auro purissimo. *R. Dauid dicit* aurum *fuisse* purificatum *&* conflatum. [*Item* Caula. *vide in* כלא.] כְּלִי Vas, instrumentum, supellectilia, arma: *Num. 19,15. Leuit. 11,31. Genes. 31,33. 1. Sam. 16,22.* [Vestis: *Deuter. 22,5. Leuit. 13,48.* Ornamēta: *Isa. 61,10.*]

Mutat seua in segbol cū accentu distinguente כֵּלִי. כֵּלִים *in plurali* Vasa. כְּלֵי *in regimine.*

כֶּלַח Senium, senectus, *id est*, tempus senectutis: *Iob 30, 2. & 5,25.*

כָּלַם *In Niphal* נִכְלַם Pudere, pudefieri, erubescere. *& est plusquam* בוש *Psal. 74,21. In Hiphil,* הִכְלִים Pudore suffundere, confundere: *1. Sam. 20,15. vbi* ה *est cum* י. *sic Ierem. 6,15. vbi subauditur*, seipsos, *vel est intransitiuū. Hoph. 14,3.*

כְּלִמָּה Erubescētia, pudor, verecundia: *Ier. 51,50. sic Psal. 4,3.* Vsquequo gloria mea .*s.* erit לְכִלְמָה in pudorē? *R. Salo.* Vsquequo ponetis gloriam

ribus. *Hinc verbum in Cal, ibid. 11.* כָּלַל Perficere, implere. *Pual geminatum: 1. Reg. 20, vers. 25* וְכָלְכְּלוּ Et numerati fuerunt omnes: & fuerũt in eo omnes, *D. Kimhi. Hieron.* Et acceptis cibariis.

כְּלוּלָה Desponsatio: *Ierem. 2, 2. idq; in plurali.* כַּלָּה Sponsa, nurus: *sic appellata, quòd in diebus desponsationis suæ conspiciantur omnis pulchritudo eius, & ornamenta: Isa. 62, 5. Mich. 7, 5.*

In plurali כַּלּוֹת. *Hinc est &* כֹּל *&* כָּל Omne, totum, vniuersum: *quod indicat daghes cum pronominibus. Omnia sunt cum holem, aut camets hateph (præter tria quæ sunt cum* ָ *lato: Psal. 35, 10. 87, 6. & Prou. 19, 7.)*

Item & Quicquam, aliquid: *2. Samuel. 12, 3. Cum affix.* כֻּלּוֹ *&* כֻּלָּה Totus ipse. כֻּלָּם *&* כֻּלָּךְ *&c.*

כֻּלָּהֶם Vniuersi ipsi: *2. Sam. 23, 6.*

כֻּלָּנָה Omnia ipsa. *&* לְכֻלָּהֶנָּה Omnibus ipsis: *1. Reg. 7, 37. &c.*

כָּלָא Prohibere, claudere: *Ierem. 32, 3.* [*& Agg. 1, 10. vbi prius est actiuum intransitiuum: alterũ verò transitiuum, nisi subaudiatur* מ, *id est*, de.] *Venit interdum more desinentium in* ה, *vt 1. Samu. 25, 33.* כָּלְאתִי *et* כָּלוֹ *1. Sam. 6. In Niphal* נִכְלָא Prohiberi: *Genes. 8, 2.*

כֶּלֶא Carcer: *2. Reg. 17, 4.* כְּלָאוֹ *cum affix. In plurali* כְּלָאִים. כְּלוּאִים *pro* כְּלוּא *Idem: Ierem. 37, 4. & 52, 31.*

מִכְלָה Ouile, caula: *Habac. 3, 17. vbi* ה *est vice* א. *In plurali Psalm. 78, 70.* מִמִּכְלָאוֹת De caulis ouium.

כִּלְאַיִם *Duale*, Mixtum è lana & lino, & è duobus generibus seminũ, *vel* è duobus quibuscunque generibus, *vtputa* è duobus animalibus, duabus arboribus: *Leuit. 19, 19. Deuter. 22, 9.*

כֶּלֶב Canis: *Exod. 11, 7. in plurali* כַּלְבֵּי *&* כְּלָבִים.

כְּלוּב Canistrum, & cauea, vbi nutriuntur aues: *Ham. 8, 1. Hieron.* Vncinus pomorum: *Ierem. 5, 27. Hieronym.* Decipula. *A* Caleb *fit patronymicum 1. Sam. 25, 3.* כָּלְבִּי Calebita, *id est*, de familia Caleb.

כָּלָה Deficere, consumi: *Psal. 73, 24. Isa. 21, 16. & 29.* Perficere, finire: *Exod. 39, 32. 1. Paralip. 28, 19.* Perfici, finiri: *Genes. 41, 52. Isa. 32, 10.* [Prohibere: *Psal. 119, cum* א *loco* ה, *de quo in* כלא. Desiderare *secundum quosdam: 84, 3. & 119, 81.*]

Sic inuenitur Futurũ יִכְלֶה *et* תִּכְלֶה *cũ camets.* תֵּכֶל *&* יִכֹּל. כִּלָּה *in Piel*, Cõplere, perficere, finire: *Genes. 18, 33.* Consumere, perdere: *41, 29. Exod. 33, 5. etc.*

quod etiam est confirmantis particula; Verè, profectò, certè, ita: *27, 31. & 2. Sam. 23, 19.*

כִּיד *Idẽ quod* אֵיד Afflictio, accidens malũ, euẽtus malus: *Iob 21, 20. Hieron. & Tharg.* Contritio.

כִּידוֹן Hasta vexilli: *aut simpliciter*, Hasta, lancea: *Ios. 8, 17. & Iob 41, 19.* Clypeus, *aut* scutum quo humeri proteguntur: *1. Sam. 17, 6. Iere. 6, 23.*

כִּיל *Inde fit* כִּילִי *cum iod constitutiuo nominis Toar*, Parcus, auarus: *Isai. 32, 5. Et cũ fere eodem capit. vers. 7. vt* וְכֵלֵי כֵלָיו רָעִים Et auari vasa eius mala. *Radix potest esse* כול metiri, mensurare: *quòd parcus omnia faciat in mensura determinata. &* כֵּלָיו *est ex eadem radice, id est*, mensuræ eius. *vide etiam* כלה.

כִּימָה *Inde fit* כִּימָה *R. Ionah et Hieron.* Coniunctio stellarũ, *quæ vocatur* Arcturus *Arabicè. Aben Ezra dicit esse* stellam magnam, *quæ vocatur* Oculus bouis *vel* tauri dexter. *Ham. 5, 8. & Iob 9, 9. vbi Hieron.* Hyadas.

